TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0902_I**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

BIANCHI

REGESTI

1200

1300

902

DOCUMENTA
HISTORIÆ FOROJULIENSIS
SÆCULI XIII. ET XIV.
SUMMATIM REGESTA

A

P. JOSEPHO BIANCHI UTINENSI

Vol.

Spiegazione delle sigle indicanti il luogo in cui trovar si possono gli originali da cui si son tratte le copie inserte nella presente Collezione.

B. V. U. Biblioteca Vescovile di Udine.

A. C. U. Archivio Capitolare di Udine.

A. C. C. Archivio Capitolare di Cividale

A. V. P. Archivio Vescovile di Portogruaro.

A. D. U. Archivio Demaniale di Udine.

A. N. U. Archivio Notarile di Udine.

A. M. U. Archivio Municipale di Udine.

B. S. D. Biblioteca Fontaniniana di S. Daniele.

A. T. Archivio de' Conti Torriani.

C. C. F. Collezione del Co. Cintio can. Frangipane.

C. M. R. Collezione del Co. Pietro di Montereale.

C. F. Collezione del Nob. Sig.r Carlo Fabrizio.

C. P. G. Collezione Partis – Guerra.

C. P. Collezione del Prof.r Ab. Iacopo Pirona.

R. il Raccoglitore.

O. originale.

C. copia.

Ogni altra indicazione verrà data a suo luogo.

Praefatio

Si quis [illegible] Tabulae historiam copiosius et plenius ut par est, et diligentius quam hactenus factum est ederet quidquid hoc memorata dignum [illegible] saeculis partum dictum ut fuerit literis tradere et memoriae hominum commendare, non inopportunum fortasse nec injucundum fore putavi si ut materiam sibi necessariam sumeret documenta [illegible] auctoritatis et fidei quae undique decerpta compararem at sive [illegible] et illa pertinentia quae [illegible] et nondum explanata, se quoque in consilium vocavi, [illegible] peritos et expertos.

Haec volvens animo dum expendebam quod meis fere humeris possem et oculis dimetiebar spatium quod ante mihi percurrendum verumtamen est aliquid, aiebam identidem, praeteritorum temporum silentia interpretari arcana diu rerum adytis abdita revelare, et detracto velamine quo operiebatur reconditum [illegible] vultum populis ostendisse. At enim si [illegible] hoc uni [illegible] aliquando datum fuit, ut bene de Patria dicantur meruisse, ad hanc sp-

iam tandem me quoque posse intendere quo ve-
lut? Animus jam [illegible] atque ea [illegible] pro pro-
viribus [illegible] [illegible], est via, liceat in decer-
tam descendere arenam et glomerare gressus
et oculis saltem prosequi manibus servatam feli-
cibus palmam. Et si metam attingere ultimam
nec fata sinunt nec suppetunt vires, in memo-
ria tamen hominum omnis fortasse non moriar
si duorum saeculorum avarum spoliis me viderint
[illegible]

[illegible] mente per triginta fere annos labor fuit in
[illegible] perscrutandisque tabulariis ac Bibliothecis
tum publicis tum privatis hujus civitatis atque
provinciae in tenebris [illegible] atque chaos
[illegible] horridis atque [illegible] in [illegible] ac in-
[illegible] notis [illegible] litterarum [illegible] et
[illegible] [illegible] ipsa manibus [illegible] pertentans [illegible]
ne tactis quandoque incommodus, vestibus [illegible]
et ab araneis telis marcescentibus non raro lude-
bris habitus atque [illegible]

Investigationes adversus [illegible] saecula decimo
tertio [illegible] ad finem [illegible] [illegible] [illegible] pro-
duci et certo limite definiri, quippe [illegible] e
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut varia aspe-
rarum aut [illegible] [illegible] incredibilia conspectanda ip-
sa [illegible] [illegible] de [illegible] secundi [illegible], aut
[illegible] temporum id factum est litterarum mo-
numenta [illegible] illius aetatis fere omnia
perierunt, et si qua manent et si aliquid scitu non indignum

pr, se ferunt aut suggerunt ab aliis sabini de incepto in omnium manibus jam sunt. Scriptorum cum primum huic operi imposuissem manum et veterum Scriptorum autographa pretiosissimum deposcerem, demptis nonnullis membranis utrimque repertis quae aliquo fuerunt adjumento nil fere hic currerit quod lumina ne caecum expleret at si quid impenso labore atque studio comparare potui illud ab apographis aliena manu exaratis depromere oportuit aut suum, aut quae per aliorum libros sparsa reperiuntur referre.

Verum cum decimum tertium Saeculum ultimas per orbes suas jam traheret orbes et insequens mox iter acciperet maturatur jam senec citatis passibus annus ex Notis Tabellionum ex Archivis Scribarum Patriarchalium quorum cultrix reliquias attigi et demum ex Annalibus Veneti et Italiae, multa et varia veni et decerpsi et seges quam prae manibus habebam paullatim adeo crevit ut plurima cum ea omnia contrahere [illegible] Hinc intelligi facile potest quam ingentem rerum congeriem si [illegible] mihi propositum exercuissem exinde nactus [illegible], ex qua cum nec quid eligendum aut expungendum foret satis scirem nec videre fas esset, si alieno destitutus auxilio opus illud singulare solus ut antea persequendum susciperem, urgebar labore, jam

cepta abstiterem aut inquato oneri mox difficilius succubuissem.

Multos jam pridem quos digna manebat venerandæ Antiquitatis gloria inter nos fuisse occupimus qui ingenio eruditione imbuti atque exinde in eandem messem manus avidas injecerant et in vasto hoc campo durum perpessi laborem non sine laude insudarunt. Contentis famam tibi hinc et illinc concupisco indefficiens nomina Antonii Belloni, Iacobi Fontanini, Iosephi Bini, Caroli Fabrizii nec non Iohannis Coleti, Iohannis Dominici Guerra, Iohannis Iosephi Liruti, Dominici Ongaro et Cyrilli Frangipanis. Manipulos a viris illis hinc inde collectos curavi ego omnes et in perse quisque apte et haud vili lecta Minerva in ipsis deprehendi messis uberes hausi et cumulo quem struxeram adjeci.

Quis igitur cum viderit hunc nostrum Documentorum sextum tot illustrium virorum donis cumulatum et spoliis Archivorum et Bibliothecarum Forojuliensium de mea industria auctum et refertum: cum singulas ejus partes praesertim autographorum plerumque inspectione emendatas atque perquisitas, ex quibus nempe ex concinnatis ossibus atque membris, contractis nervis jam valida et certa spectabilis forma Historia Forojuliensis paullatim effulget atque emergit, cum negabit omnium quos ab aliis consarcinatos vidimus, accuratiorem, absolutiorem dici posse, et

ideo esse illis praeferendam?

Non sedet animo ex omnia ut inveni aut sunt, et nullo habito delectu in prospectum producere. Praeferam eam quae illorum temporum speciem aliquam evidentius exhibent et simulacrum: quin imo ex singulis eorum partem quae ad historiam pertinet expediam atque eliciam, quam stulte cum res consentanea vetustis licet ignobilibus atque inconditis iisdem vocibus atque modis, servato temporum ordine, et partibus ac versiculis quae ad plenam rei cognitionem supervacanea censentur, sic digeram ac disponam, ut quisque in ejus studio, si tanti eam fecerit, largo se profundat haustu et minus taedio afficiatur.

Ita porro fiet ut facta pura deducta fonte et simplicibus expedita verbis facilius sibi quidam conciliant atque gratiam nec sine aliquo animi oblectamento Majorum nostrorum mores, leges, vitia et virtutes advertantur, quin imo habitus ipsi et vultus propius prospiciantur et lingua qua ipsimet utebantur curiosius audiatur.

Istis nostris temporibus quibus de omnibus dubitare sibi quisque licitum facit, et suopte ingenio nunc creat quos mox destruat mundos et coelos et terram, liceat veritati inveniri locum quo pedem jam defatigatum sistat, priusquam incessantium Philosophorum cavillationibus mundo penitus expellatur!

Faxint Superi ut quae nobis non parvi ponderis ac momenti visa sunt, quaeque fructus consilia ut in historiae tabulis inserantur proferimus, longe dissona aliis non appareant, qui assueti magna mirari et favere, minuscula nostra simulata fastidio excipiant visu, aut veluti ea quae provinciale redolent egenam indignato vultu rejiciant.

Potentissimis Regibus duntaxat luxuriosisque populis videtur fato commissum ut quidquid egerint aut gesserint ora hominum atque aures praeclarius adire advertant et convertant, qui aut earum miraculo obstupefacti aut strepitu detenti, quidquid sibi contingat aut factum sit animadvertere nequeunt aut [illegible] adeo [illegible] putant, ut id omne ignorare posse arbitrentur quin sapientium nomen amittant. At enim sapiens non semper majorum [illegible] splendore delectatur ac fastu. Stultorum consilio defessus se interdum loco proripit, rura perambulat et philosophico praecinctus pallio ad agros quoque et ad fontes [illegible] discendi cupidus accedit.

Siquidem enim vera Historia Forojuliensis Saeculi decimi tertii et decimi quarti cujus jacimus fundamenta aliud saepe non est quam Historia Ecclesiae Aquileiensis, Principe qui sub Patriarcharum nomine atque insignibus tum spiritualem tum temporalem [illegible] imperium [illegible]

finitimas quae modo haud parvam imperii Austriaci partem constituunt omnimodo sub ditione tenebant. Ut igitur et illae quibus postea haud fuit Agri- taponis Celtes se mentem vocavi eidem adnexae capiti unum illud corpus efficiebant quod exinde Patriarchatus nomen accumpetiisse quum erat ut ex illis utraque campos ... alicui decurreremus et considereremus sexta quot fuit, monumentis avis Sancti carpendimus licet sic sperare ut conjunctis his quae narro, non minus quam illarum regionum historiae, inserviant imperii Austriaci historia in singulis suis partibus perficiatur

Abunde vix natus accolis et serpens humo exiguum sua Oceano allectans, ex Deferro tributum aquae, horum tamen ejus late circumfusus in vastius frangitur loquentis multorum volvens numina quorum adhuc vides progeniem, domos inhabitas, imagines colis ... propius accessi ... de terris vitro varias rerum coalescere formas pictasque hominum durare figuras, semper inter turbam perperantium aut lamenta qua implicant crines facta aut vexilla quod manu gestiant Austriae Ducum et Stiriae et Carinthiae et Carniolae magna illis quoque simulacra ab ... marchionum et comitum Goritiae et aliis usurpat honorum unicumque terminis. Denique facta studio recolens et loca revisens ... dabant populis his castra locabant aere premunt sacra maria silentia ut clodumna vomiscunt aut vallibus assurgere

aut montibus accinxere antiquae urbes quibus et curva protendere brachia hospitii in amplexum interea [illegible] [illegible] avagit pede ad saxea fauces suas in portas trahunt et [illegible] [illegible] Aquilejensis semper capiti eorum imminet arx dextera manum et tacite immurmurat ore, dum per opaca locorum et per aperta viarum alis Aquilejenses [illegible] hosti obicit [illegible] [illegible] plena et pariter [illegible] prolluunt et aura terrae munera veneratur [illegible] lauros [illegible] [illegible] tum [illegible] [illegible] quod ut anne O feudales catervae quae Patriarchali solio adnectebantur, stantem verum columnam comunitatis civiles firmant et bello et armis jura inve lata tuentur. Nam aequabile virum variorum spectaculum cui ipsimet Hungariae et Bohemiae Reges equo vectos interveniunt et illi Aquilejensis Ecclesiae protectores, isti vasalli alta omnium voce salutabantur

Ceterum si quispiam erit qui diligenti inquisitione expendere vellet ea quae in commune censum contulimus, sciat illo in primis Patriarchas Aquilejenses Principes simul fuisse et Antistites hinc mirum non erit si in eorum fastis plura inveniantur quae ad Historiam Ecclesiasticam referuntur

Accedunt narratiunculae quaedam quas hausimus ex Commentariis veterum Chronographorum qui ea quae audiverant aut viderant

rant multos peterant aut sciebant litteris commiserant · inepti quidem scriptores atque rudes tamen nefas esset eis negare fidem illam quam aliis quibuscumque testibus praestare solemus

Cetera pene omnia acta sunt officia ia exscripta ex publicis tabulis aut ex Tabellionum Regestis et de eorum auctoritate ambigere quis nostrum audet si fides publica numquam defuturam spondet?

Talibus fulta auxiliis ac munita presidiis solidissima quod inter homines haberi possit historia nititur fundamento, et veritas retinens partem auctoritatis obsignatam sigillo satis habet dignitatis ac valoris ut obtrectantium quandoque ora claudere imponat aut modum et ceterorum hominum obsequia sanctificetur

Nihilominus si ob negligentiam in opparandis rebus, ob imperitiam in redigendis compendiis ob crassitudinem calami qua usi sumus ea quae palam facimus ut digna populo, digna Principe dicata saecula contingat Historia alicui fortasse aut futilia aut mera videantur, aut inculta sorduerint, at rebus viris aspera aequis maiora aut minus incorrupta expectaret, ne hunc librum manum admoveat, scriptum enim fronte preferat: Palatia hic ossa quiescunt

1200. 7. Octobris in Civitate Austrie

Peregrinus II Patriarcha Aquileiensis judex et arbiter questionis que vertebatur inter B. ~~[struck out]~~ Alpertum Comitem de Viselberch ex una parte, et Widonem de Mugla cum Leonardo de Castro Val_iis ex altera occasione feudi D.^ni Richardi de Montona, quod tenuerat ab Ecclesia Parentina, mandat quod Fulcerius Parentinus episcopus, qui ibi presens erat et consentiens, investiret medietatem dicti feudi integraliter predicto B. Comiti Alperto, et aliam medietatem predictis Widoni et Leonardo. Quo facto, dictus B. Comes et prefati Wido et Leonardus juraverunt fidelitatem dicto Episcopo tanquam Domino suo. manu Vildelmi notarii. ex Cod. Bip. Histr.[a]

1201 11 Januarii in Civitate Austrie

Popo Prepositus Aquilejensis jurat quod canonicos Aquilejenses in administratione bonorum Capituli nec in alio quoquam de cetero inquietabit, salvo jure suo in electione Canonicorum et super villa que dicitur Bramsa, addens quod nullo titulo aliquid de plebe sua de Ripis et de Tribus

[a] Nota cum Acta hic referantur [illegible] compendio et tamen ne [illegible] [illegible] perhorum duas partes servavi [illegible] [illegible] et meum nostro commodo et usui destinabimus

manuis in Carinthia sibi collatis non alienabit. Canonici pro reverentia D. Papae et Patriarchae ac pro bono pacis annuunt petitionibus Praepositi retenta tamen, quatenus maneat in possessione bonorum et jurium suorum quamdiu vixerit tantum, aut donec ad majorem dignitatem promoveatur. q'sime vol. d. c. a.

1202 27 januarii. in ecclesia s. Quirini juxta Cormons.

Pax inter Peregrinum II ex una, et Comitem Maynardum et fratrem ejus Comitem Engelpertum de Goritia ex altera fuit talis. Comites habeant Castrum Goritie et Castrum de Mosburg cum omni jure ministerialibus exceptis. Succedant masculi et feminae. Deficientibus omnibus de familia, Castra sint Ecclesiae Aquilejensis. Habeant Comites omnem tenutam quam habuerant tempore Vodalrici Patriarchae sive justa, sive injusta. Comes augens adjuvet expeditionem in Tarvisinos cum triginta tantum aut quadraginta militibus ad plus. Promittat non offendere Patriarcham ullo tempore, nec facere confederationem contra eum cum Tarvisinis. Promittat Patriarcha quod numquam ibit contra Comitem cum Tarvisinis, nec faciat confederationem. Divisio inter Comitem Engel-

bertum et comitem Albertum dirime-
tur amicabiliter per Patriarcham, Ducem
Meranie et Ducem Carinthie. Fide iuro-
res pro pace Warendus de Caneche, Fre-
dericus de Fontebono, Henricus de Sle-
mona Herbordus de Perlenstayn, Ru-
bertus de Tricano, Walterpertoldus, Vu-
dingus de Mels, Warnerus de Cucanea
pro Patriarcha. Pro comite Folcanus de
Rorimberg, Henricus frater ejus, Con-
radus de Flojana, D. Bernard. Duce
Meranie, et Comes Albertus de Tirol
firment cum juramento hanc pacem.
Si comites frangent, Patriarcha notifi-
cet Ducibus Stirie, Meranie et Carin-
thie, et si nollent desistere Patriarcha,
non obstante pace utatur jure suo

manu Stephani vol Rubei col 000

202 9 Octobris Caprulis

Johannes Episcopus Caprulanus judex
datus a Pontifice in causa vertente inter
Episcopum Esulanum et Capitulum Aquile-
jense auditis testibus ex parte Canonico-
rum productis et dicto Episcopo se contu-
maciter absentante adjudicat stationes et
portus de quibus erat questio inter eos
Capitulo Aquilejensi, informans sententiam
episcopi Castellani vi cuius prefatus Episco-

nis usuranis asserebat se de eisdem sta-
tionibus et portubus esse investitum
mar Patr. vol. C T c

1202 11 novembris in Civitate Austria,
Presentibus Henrico de Glemona, Herbor-
do de Partistayn, Varnero de Pinzano
et Varnero de Cucanea; Comites de Go-
ritia Maynardus et Engelbertus vocant
se solutos de 200 marchis in quibus
P. Patriarcha se obligaverat pro pace
apud Manzanum et in Carsio facta C.G.c

1203 13. Decembris in Civitate Austria
Dietricus de Fontabono, Herbordus de Per-
tinstayn, Folcherus de Dorenberg et Pere-
grinus Glakkoldett arbitri electi a Pa-
triarcha Peregrino et a Maynardo Comi-
ad investigandum et cognoscendum jura Advocati
te Goritie et Engelberto ejus fratre, adhi-
ecclesie Aquilejensis
bitis testibus Henrico de Glemona, A...
de Brazzacco, Conrado de Flojano, et
Herbordo de Scanlemberg exponunt per
partes que inventa fuerant Advocatie
jura multiplicique exolutionum species
unde innotescunt loca in quibus Advo-
cati olim Advocatiae placitum tenebant,
proventus quibus participabant; processus
penas quas pariter hospitabantur, servi-
tia que eis prestabantur ac etiam dona
quibus a Patriarca cumulabantur cum
in ejus curia servirent. Patr. vol.
Rubeis col. 647.

2 1203. 25 Augusti

Ex dictis Testium comprobatur stationem quam habebant Canonici in foro Aquilejæ eis datam fuisse a Sorlico Patriarcha, ut iidem Canonici haberent servitium de pensione ejusdem stationis ad celebrandum festum S. Mariæ Magdalenæ quod tunc primum instituebatur. Romanus not. c. f. c.

1203 15 Julii Aquilejæ.

Peregrinus Patriarcha attendens amorem et dilectionem quam habebat erga Matthiussium et Linusium fratres q.m Bartholomæi habitatores S. Danielis, et merita et ærumnas ac grata servitia semper realiter ac personali modo dictæ Ecclesiæ præstita et Patriarchæ, dat et concedit dictis fratribus iure feudi gironum et fortilitium S. Danielis cum palatio, curte, stabulis et domunculis sitis infra dictum gironum nec non duo molendina posita in confinio et pertinentiis dicti loci cum omnibus mansis, campis, advocatiis etc. ad dictum locum et gironum spectantibus. Bartholdus not.

c. c. f. c.

1203 . 11. novembris Portusgruarii

Gabriel de Prata Ecclesiæ Concordiensis Advocatus et Federicus frater ejus dant Odorico Episcopo et Ecclesiæ Concordiensi Castrum de Colavisio et omnem proprietatem et mercatum quam Ropertus et Bertoldus fratres de Tricano eis vendiderant. Episcopus investit eos in rectum feudum pignoraticium

fratres de Prata de omnibus supradictis possessionibus, et pro castro et manato quem ab eis habuerat investit eos de 32 mansis de Aoerta. Conveniunt inter eos quod Episcopus habeat sedem in castro de Colavicio, aedificet sibi domum et debeat ibi in habitatorem loco sui unum militem qui juret custodire dictum castrum ad honorem Episcopi Concordiensis et Dominorum de Prata. Promittunt denique se invicem adjuvare in omnibus negotiis et manutenere honorem et suum proficuum contra omnes homines, excepto Imperatore et Patriarcha. Ghenner not. c.c. f.c.

1204. 22. Februarii Glemonae.

Matrimonium Azzonis marchionis Estensis cum Alisia q.m Raynaldi Principis Antiocheni filia Glemonae celebratur in praesentia Peregrini Patriarchae Aquilejensis nec non Alberti Vicentini et Matthei Cenetensis Episcoporum et quamplurium Baronum et Magnatum Lombardorum, Marchiae, Tarvisinae et Forijulii. Bellettus not.

1 c 0 c

1204 15. maii

Ex necrologio Aquilejensi constat Peregrinum Patriarcham quingentas marchas denariorum, et annulum aureum cum

rubino et decem marchas ad faciendum tabulam auream et cappam auream ad faciendum calicem ecclesie dedisse et ~~[illegible]~~ marchas ad emendum allodium fratribus delegasse, atque obiisse die decima quinta maii Rubeis 652

1204 24 junii Romae

Innocentius tertius Papa scribit Wolchero Pataviensi Episcopo canonicos Aquilejensis ecclesie illum elegisse in eorum ecclesie Patriarcham et ad impetrandum postulationem eorum Arnoldum suum nuncium misisse ad summum Pontificem una cum Episcopo Concordiensi nonnullos Aquilejensis Ecclesie Canonicos et vassallos ac ministeriales. Cum autem sit ille Pataviensi Ecclesie spirituali conjugii vinculo adstrictus, inquirit ab eo utrum postulationi hujusmodi assensum suum duxerit impendendum. Quod cum ostensum fuerit, committit Archiepiscopo Salisburgensi et Episcopo Gurgensi ut ipsum a vinculo quo sibi juncta fuerat Ecclesia Pataviensis Apostolica auctoritate absolvant

Rubeis 654.

1204.

Innocentius III Papa mandat Wolchero Patriarche Aquilejensi ut ei transmittat patentes litteras suo sigillo munitas in quibus profiteatur aperte quod ex debito juramenti prestiti in susceptione Pallii tam super Imperii Romani negotio quam super aliis

Pontifici obedire tenetur. Quod si infra mensem non fecerit, nosat ex tunc usum Pallii sibi auctoritate Apostolica interdictum.

Rubeis 656.

1205. Iulii apud Graez

Volcherus Patriarcha confirmat electionem ... Monasterii de Sitico, Seyrach ... Sty[riae] ... a inferiori Ordinis Cartusiensis

1206. 11 Iunii Nurembergae.

Philippus Augustus cum in Nuremberg Vol[cherum] Patriarcham sibi ab Apostolica Sede missum excepisset, voluit de Regalibus eum investire. Renuit Patriarcha allegans Principes Italiae ad recipiendum ab Imperio sua

2. Regalia in Alemaniam citari non debere. Philippus e contra afferens illum non vocatum venisse in Alemaniam et exinde ... quum esset ut ibi sua Regalia susciperet ut aliqui etiam ex suis Praedecessoribus fecerant. Annuit tandem Volcherus petens tantum ut in Privilegio quod sibi daretur hoc clare expressum esset ne juri suo ac ecclesiae Aquilejensis modo aliquo praejudicari videretur. Quod factum est. Adfuerunt tactus Episcopi Bambergensis et Tergestinus, Bernardus Dux Karinthiae, Maynardus Comes Goritiae et alii quamplures. Privilegium subscribitur a Philippo secundo Romanorum Rege anno VIII. Regni ... et a Conrado Ratisponensi Episcopo et Regalis Aulae Cancellario recognoscitur. C. P. c.

1205. Engelbertus Comes Goritiae Basi[licae] Aquilejensis magna ex alterum ca[usa] pia comitate invectus, complures torques aureos, easque auro illusos, velut equites ... Volchero Patriarchae benedi[ctione] ... condono proprium ... Patriarchae Tergestino ac Iavantino Episcopis comes ... benedicta ... annuentibus viris militibus Volchero ... de Sornberga ... de Portis, Gallacio Gallucii, Henrico de Villalta, Arnoldo de Braitecho ... Chron. 42.

1206 23 Februarii

Volcherus Patriarcha confert monasterio s. Pauli de Lavent Capellam de Moellth
1 in Carinthia in valle Lavensi. Sunt testes Henricus civitatensis Prepositus, Conradus Abbas mosacensis, Stephanus magister scholarum.

1206 22 Novembris Aquileie.

Volcherus Patriarcha confirmat Canonicis Gurcencibus possessionem unius curie in Aquileja juxta forum, et vendidit eis ripaticum et theloneum ad Clusam.

1206 21 Decembris. Aquileje.

In tractatu pacis initae cum Venetis, Patriarcha jurat quod Veneti in universo suo Patriarchatu securi haberentur in rebus et personis. Item si aliquis Venetorum infra Primari et duarum Basilicarum fuerit depredatus Patriarcha inquirat, et recuperet ablata et reddat. Quod si facere non potuerit restauret ex camera sua infra terminum triginta dierum. Item si aliquis extraneus intraret Forojulium et descendens per flumina depredaret aliquem Venetum damnum debet restaurari ex Camera Patriarche infra spatium triginta dierum. Item si sciret quod Imperator vellet facere aliquam molestiam Venetis ma-

rantibus in Patriarchatu, aut surgeret discordia inter Patriarcham et Venetos, vel inter homines ipsius Provinciæ, Patriarcha debet nuntiare Venetis et eos ubi valent cum rebus suis usque ad districtum Vicatus Venetiarum suis transferre volentibus. Item omnes honorificentias quas habebat Dux et Commune Venetiarum in toto Patriarchatu a tempore Patriarchæ Peregrini, fideliter observabit et interim deliberabit utrum velit teneri de pacto quod dictus Patriarcha Peregrinus fecerat cum Venetis. Iuravit per parabolam Patriarchæ, Henricus de Glemona, et pro Petro Ziani Duce Venetiarum Marcus Bovoccius C.C.Fe.

1207 3. martii

Volcherus Patriarcha confirmat sententiam latam Veronæ a Stephano magistro scholarum Aquilejensis Ecclesiæ et a Iohanne Bono Tarvisino in qua definiebatur quod Canonici Ecclesiæ Veronensis debeant habere equum Patriarchæ Aquilejæ, quem quando primum venit in eandem Civitatem. Ughelli.

1209. 13 Januarii Augustæ

Otto IV. Romanorum Rex in suæ tuitionis patrocinium recepit Volcherum Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem cum personis et bonis, confirmat possessiones et

bona quę eadem Ecclesia largitione Regum
et Imperatorum, sive concessione Pontificum
aut oblatione fidelium aut alio quovis modo
aquisierat. ~~Recognovit hinc in dato~~ Privi-
legio ~~possessiones et bona que dicta~~ Ecclesia
~~habebat et quę per eum~~ confirmabantur
videlicet villam de Melereto cum villa Sela-
rum que eodem nomine appellabatur, et
Palmatam et Ronchos et Ronchettas cum cam-
pis, pratis, vineis, terris cultis et incultis us-
que ad silvam S. Laurenti, Clevian, Anto-
nianum, Feletas, Biciniás, villam S. Stepha-
ni, Tican, Carsevcanum. Villam quoque
de Castelone, de Morsiano a villa S. Andreę
usque Sonars et usque ad silvam cum om-
nibus vadalibus suis campis, pratis, terris
cultis et incultis paludibus piscationibus, aquis,
aquarum decursibus et molendinis. Item vil-
lam de Mariano, de Carline, S. Georgii et de
Matiana cum campis, vineis etc. cum mo-
lendinis et incultis a mari, et a flumine
quod dicitur Corno, usque ad aquam quę
dicitur Aussancus. Item Ecclesias Baptesimales
Aquilejenses Patriarchatus cum capellis ac om-
ni jure quo hactenus possedit. Item triginta
stationes in foro Aquileję et viginti in por-
tu Pieri, quinquaginta mansos in Boslam
cum Ecclesiis et decimis. Item villam de Farra

cum villis adjacentibus scilicet in Petelan et
Tvanzam, et Sobradam, Villamnovam, Svadis-
am, Treuanam cum omnibus pertinentiis
suis, i monte Caus usque ad montem Stun-
garicum, et usque ad villam quae dici-
tur Hago cum ecclesiis et pertinentiis
et Iurisdictionibus sicut Imperator Praedecessor
suus Ecclesiae Aquilejensi et Canonicis tra-
didit. Item in Carnea villam de Pulules, de
Nogarias, de Zelas in monte S Petri et
montem Tentasos apud Pinian, et quin-
decim mansos apud Iuuan et quemdam
montem apud Veronam. Item sicut Ber-
thardus Aquilejensis Ecclesiae Advocatus et
postea Henricus Placitum Advocatiae in
manu Patriarchae Ulrici pro se et successo-
ribus refutavit, ita ipse Otto Placitum, dis-
trictum et cetera hujusmodi Jura eidem
Ecclesiae Aquilejensi dat et confirmat. Prae-
cipit tandem ne quisquam quicumque
sit audeat eandem ecclesiam hac de
causa quovis modo inquietare aut vexare
sub poena centum librarum auri purissimi.
Testantur tandem novem Episcopi nempe Oddo
Frisigensis, Mangoldus Pataviensis, Ausarius
Eystetensis, Conradus Ratisbonensis, Conra-
dus Brixinensis, Raynaudus Curiensis, Fre-
dericus Tridentinus, Iohannes Camaracensis,

et Sifridus electus Augustensis. Insuper Ludovicus Dux Bajoarie, Mainardus Comes Goritie et quamplures alii. Ciccar.

1209 25 Februarii

Gratum acceptumque gerit Innocentius III. Pontifex quod Volcherus Patriarcha adhaeserit Othoni Romanorum Regi ac Imperatori electo, quodque ad mandatum ejus legationem Italiae susceperit. Ut officium sibi commissum magis utiliter exercere possit facit illum certiorem se scripsisse Potestatibus, Consulibus et populis Civitatum Lombardiae, et hortatur ut repetat a Rege Terram Comitissae Mathildis quam sibi recuperare in sede libera provinciam. Rubeis. 659.

1209 Augusti

Propter clarissima merita quae Volcherus Patriarcha Aquilejensis exhibuit personae Imperatoris et imperio, Otto IV. renovans antiqua Privilegia Henrici VI. concedit eidem Volchero et successoribus suis Ducatum Forojulii cum omni jure et pertinentiis suis et sanguinolentum denarium; nec non confirmat omnes transactiones et conventiones factas inter Peregrinum Patriarcham et Maynardum Comitem Goritiae et inter Woldaricum Patriarcham et Comitem Engelbertum super avocatia et aliis juribus et privilegiis. Testes decem episcopi scilicet Sigefridus Au-

guntherus, Chunradus Spirensis, Arnoldus
Sextenensis, Conradus Ratisponensis, Ma-
negoldus Patauiensis, Conradus Brixinen-
sis Iohannes Carmacensis, Hugalardus
Cenomensis, Federicus Tridentinus, Gebe-
rardus Tergestinus et Ludouicus Dux
Bavarie, et alii quamplures capelli.

1209 1 Martii Ravenne

Otto IV Romanorum imperator inter om-
nes Ecclesias imperii sui cum sub sua
speciali protectione recepisset Ecclesiam
Aquilejensem et ejus Canonicos, mandat
Wolchero Patriarche, quatenus dictos Canoni-
cos ab injuriis et gravaminibus defendat
et si inter eos aliqua controversia insurge-
ret ipse provideat. Si quis vero aliquem
Canonicorum molestaverit in bonis aut perso-
nis, aut infringeret Privilegia eis ab impe-
ratoribus concessa, sciat se imperialem offen-
disse majestatem. Acc

1209 ... martii

Otto IV. Romanorum imperator laudat fi-
dem devotionem et constantiam Mediolanen-
sium obsequiorum eorum fatetur num-
quam fore immemorem nisi prius me-
ritis eorum opere respondeat, cum eosque
reposuerit in armario cordis sui. Ideirco
eo omnia eorum jura, consuetudines, liber-

tatem erexit, super omnes civitates
Imperii civitatem Mediolani exaltabit,
eos inter precipuos suos familiares habe-
bit, nuncios eorum benigne excipiet
atque honorabit et munera per eos
sibi oblata tanto gratiora erunt quan-
to magis sciat ex affectu pure devotionis
illa transmitti. Significat commisisse
Volchero Patriarche Aquilejensi legatio-
nem totius Italie, hinc mandat atque
rogat ut honorifice eum excipiant
et consilio eit assistant et auxilio nam
quidquid honoris ei exhibuerint sibi
totum factum reputabit. Chronic.
1209 30 Iulii Crezanffe
Postquam suum studium suamque be-
nevolentiam venalis humanitudo osten-
derit Otto IV imperator Romanorum nun-
ciat Volchero Patriarche Aquilejensi, quem
tamquam dimidium anime sue ascendit di-
ligere se sanum esse et incolumem,
cum exercitu suo ebora iisse Lantgravio
proditori et terram ejus et castra vas-
tasse, nec desistet nisi prius eum ab
imos faciat suarum machinationum pe-
nitere. Significat matrimonium unum cum
Beatrice, dominica ante festum B. Iaco-
bi consumasse: rogat ut ipsum et om-
nia sua habeat diligentissime commendata

ipsamque de statu suo reddat frequentius certiorem, hortatur ut caute investiget si Veneti permaneant in compositione quam secum habere affectant, ut possit ille Lantgravium inimicum suum ad eam perducere necessitatem, quod Castrum Urzenffe et ipsam civitatem indubitanter obtinebit, nisi prius a sua stultitia resipuerit et in suam gratiam quantocius redierit. Admonet penes se retineatur magistrum Laurentium nuncium suum ut si qua compositio inter ipsum et Lantgravium interserit possit eum certum reddere. Vult tandem quod nuncios suos ad partes Italiae dirigere studeat qui Lombardos in suo frequentius incitent servitio. A. C. u. c.

1209 23 Augusti Brixiae

Gabriel de Prata Concordiensis Ecclesiae Advocatus Ropretus Canonicus, Urvasinus de Toppo et Ardricus de Midano judices per partes constituti concordant B. Odoricum Episcopum Concordiensem et ejusdem Ecclesiae Canonicos hoc modo, nempe quod B. Episcopus habeat redditus certorum bonorum quae ibi indicantur ad persolvendum ejus debitum, et canonici habeant beneficia et bona quibus spoliati fuerunt ab Episcopo

ope. Sequitur pax et juramentum quod
de cetero se Judeum ultramarem non offendent.

Johannes Otok. t. D. 7. C.

1210 ... bris. Flaminelli.

... cognito in Ecclesia Aquilejen. defectu,
si cujusque generis ornamentorum, Volcherus Patriarcha ejus cooperiendam nu-
2 ditatem ut ipse ait, de assensu Capituli et
presente tota ejus curia confert et tradit
in perpetuum eidem Ecclesie Plebem Pa-
zolei, ita tamen quod de 'signati' qua-
tuor marchis ad quas dicuntur ascen-
dere redditus dicte Plebis, sexdecim
assignentur annuatim ad ornatum
dicte Ecclesie et alie octo dentur Camera-
rio ad usus suos. Testes inter alios Con-
radus Episcopus Tridentinus et Fulche-
rius Episcopus Paventinus. Actum
1209 18 Decembris Aquileje.

Mortuo eorum Abbate monaci Cene-
bii Belinensis ad instantiam Volcheri
Patriarche elegerant sibi in Abbatem
1 Leonardum monacum Rosacensem ejus
Capellanum, et Volcherus ne dici posset
quod ejus intercessio eorum libertati
aliquod pareret preiudicium solemni-
ter declarat plenum jus dictis [illegible]
~~monasterio~~ messe et liberam et absolutam fa-
cultatem eligendi sibi Abbatem. Testes

1211
Abbatissa monasterii S. Marie de Aquile-
ja concedit Plebano S. Georgii de Pivano Ec-
clesiam S. Basii et investit D. Adalpervinum
Plebanum predicte Ecclesie ita quod prefatus Pleba-
nus ejusque successores in perpetuum habeant
et teneant predictam Ecclesiam a prefata D. Ab-
batissa, solvendo ei, suisque successoribus an-
nuatim C. libras olei in castro Pivani, et si
contingeret quod predicta Abbatissa aut successo-
res ejus ad prefatam Ecclesiam venerint, a
Clericis dicte Ecclesie debeant eis exhiberi
convenientes honores. Annotavit Nob. Co. Asp-
ichio.

inter alios Fulcherius Episcopus Parenti-
nus et Conradus quondam Episcopus Tri-
dentinus ~~txxxx~~. Rubeis 665

1211 9 Maii Flamiscalki

Volcherus Patriarcha perpensis red-
ditibus Ecclesie cathedralis Aquileje
eorum distributionem determinat
atque usum speciali adnotatione
digna videntur que in hoc documento
leguntur videlicet: Camerarius, vel
ejus vicarius cum Patriarcha est
Aquileje omni sero tenetur cum
custodibus ire ad ipsum portantes
aquam benedictam et thuribulum
cum incenso, et aspergere eum et
thurificare, et Matarius debet eis in
illa hora magnam cuppam plenam
boni vini propinare et insuper da-
re eis unum de cereis qui tenen-
tur ante eundem Patriarcham, et
hec: Cum Patriarcha moritur et
cum successor ejus primo cameram in-
trat ad missam celebrandam, vel ad
preparandum se ad celebrandum, vesti-
menta illius illa vice sunt Camerarii
et Custodum. Cum vero Patriarcha fur-
vim ad pulsandum campanam ascendit,
unum de vestimentis ejus [illegible] ha-

[illegible] 31 Martii

Cum domus Summaquensis a sue fundationis
principio creata fuisset beneficio Concordiensis Ec-
clesie et tanquam unice filie in eadem episcopa-
lis prelationis gaudeat prerogativa, hinc est quod
Volricus Episcopus Concordiensis Richerio Summa-
quensi Abbati et Successoribus ejus concedit in per-
petuum Plebem de Fraicto specialiter pro dilati-
one Ecclesie ampliande ac refectione totius claustri
quod undique vetustate consumptum ruinam mi-
natur nec non pro fratrum indigentia qui diu-
tinis clamoribus [illegible] suam lamentabantur
exhibita

fere debent, et duodecim denarii quos dare debet Abbas de Oschiach cant. Custodum." Adsunt testes Henricus Archidiaconus Aquilejensis, Bernhardus Archidiaconus Villacensis, Wipandus Praepositus S. Wolrici et alii. Herkuinus de Wimus notarius etc.

1211 9 Decembris Aquileje.

Ad perpetuam rei memoriam Volcherus Patriarcha notum facit omnibus quod Meynardus et Engelbertus Comites de Goricia in suis manibus renunciaverant Advocatiam de Yelach et Ignanum quam injuste Abbati moracensi occupaverant et quod idem Abbas persolverat dictis comitibus quadringentas et quinquaginta libras denariorum et sic controversia ea de causa inter eos orta finem habebit. Apparebit inter testes Sabaudus Episcopus Tergestinus, Wolframus de Ramenstegen Wolcherus et Henricus de Scomberch et plures alii. A 8 a. 0

213. 3.- Aquileje

Volcherus Patriarcha confirmat Privilegium a Wolrico Praedecessore suo Abbati et fratribus monasterii Belinensis concessum. Adsunt testes Woalricus Episcopus Concordiensis, Episcopus Civitatis novae et alii plures. Gerardus Canonicus et scriba. Rubeis 551

1213 25. mai Aquilejæ

Wolcherus Patriarcha investit ad rectum et legale feudum Guarnerium et Albertinum de valle de Roda de toto feudo quod habuerant in castro Montisregalis et ejus pertinentiis a Dominis Salviale et Federico de Prata, et nominatim de tota signoria villæ de Malnico tam cum eo quod ipse Patriarcha emerat a prædictis Dominis de Prata quam cum eo quod ipse habebat in prædicta villa ita quod prædicti fratres et heredes debeant fideliter astare Patriarchæ et Successoribus, et ipse Patriarcha observare omnes manutentiones et pacta quæ nomine feudi ipsi fratres fecerant Dominis de Prata. Omnibonus Not. A. M. U. C.

1213 3. iunii Vignani

Conradus Abbas Mosacensis postquam redemisset a comitibus Goritiæ Advocatiam villarum de Volach et de Iguano videns quod villa de Iguano a nonnullis infestabatur committit ejus defensionem F. Wallerpertolo de Spegnimberg assignans ei annuatim pro stipendio super eadem villa triginta duas mensuras avenæ, triginta duas gallinas et quindecim agnos. Præterea si nos aut aquarum inundatio cum sibi

deprehenderet, habeat ibi semel in anno pro
se et sexdecim equis hospicium et ne_
cessaria. Ommelonus Not. p. 8 u. 6

1214 16 Ianuarii Romę

in causa quę vertebatur inter capitulum
Aquilejense et Comitem Goritię pro jure
Advocatię de Mariano, Volcherus Patriar_
cham sententiam contrariam canonicus
protulerat. Appellant ipsi ad Pontificem
qui causam appellationis defendendam
Patriarchę Gradensi remittit et commendat
l. c. 7. c

1214 22. Februarii Augustę

Federicus secundus Romanorum et Si_
cilię Rex attendens fidem, devotionem
et multa servitia quę sibi et imperio
Volcherus Patriarcha exhibuit dat il_
li et concedit Ducatum aut Comitatum
Forijulii et villam de Lucinico cum om_
nibus ad dictum Ducatum aut Comita_
tum pertinentibus, placitis, collectis,
sanguinolento denario etc. praeterea
Regalia Episcopatuum Tergestini, Jus_
tinopolitani, Parentini, Emoniensis Po_
lensis, Concordiensis et Bellunensis
nec non totam Abbatiarum de Sexto,
de Pira, de S. Maria in Organo cum om_
nibus castellis, portubus villis, placitis Tha_

Aneis etc. et terram jacentem inter Plavim et Liquentiam. Item villas S. Pauli et S. Georgii et omnia quę Conradus Imperator olim contulit Ecclesię Aquilejensi. Item castrum de Treven cum omnibus suis pertinentiis secundum quod Voldaricus Patriarcha et Waldramus ejus pater eidem Ecclesię concesserunt. Item castrum de Atems et prędium de Agen in integrum cum ministerialibus, famulis etc. prout Ulricus marchio Tuscię eidem Ecclesię Aquilejensi donavit. Item marchiam Carniolę et Istrię cum comitatu omnique jure imperiali prout Otto imperator de consilio et voluntate Principum et ratione antiquorum Privilegiorum eidem Volcharo et Ecclesię Aquilejensi possidendam dedit et suo Privilegio confirmavit. Ad hęc omnes possessiones, jura, thelonea etc. quę modo habet, aut quę justo titulo adipisci poterit in futurum eidem Volchero et suis successoribus perpetuo habenda et possidenda confirmat, volens ut si omnia alia Privilegia casu aliquo perderent, Ecclesia Aquilejensis hoc solo mundio contra quoscumque foret defensa. Statuit insuper

quod si quis contra hanc suae justitiae paginam venire praesumpserit Imperialis majestatis indignationem incurrat et cadat in poenam mille librarum auri purissimi. Adsunt testes octo Episcopi nempe Conradus Ratisponensis, Manegoldus Pataviensis, Otto Frisingensis, Conradus Brixinensis, Fridericus Tridentinus, Hermanus Estetensis, Sivridus Augsensis et Conradus electus Tergestinus. insuper Ludovicus Dux Bavariae, Albertus Comes Tirolis, et plures alii tum clerici quam Forojulienses. A.c.a.c.

1212 26 martii Aquilejae.

Rupertus de Tricano et Suringus de Maltanica hanc inter se conventionem habuerunt: quod quidquid ipsi hucusque aquisiverunt in Avenzono et ejus pertinentiis, habeant et teneant sine alterius impedimento. Si vero unus illorum sine altero aliquid aquirat, medietas sit unius et medietas alterius. Si quis eorum vellet ibidem aliquid aquirere et dixerit alteri, et alter noluerit, ille qui non vult aquirere tenebitur. Si quis eorum ex locatione locorum in Avenzono aliquid perceperit ab exteris hominibus, id in simul per medium dividere debet

Denique si a subditis eorum vellent aliquid exigere due partes sint D. Varvingi et tertia pars D. Ropretti.

Gmadbonus vol. c f c

1214 25 Aprilis.

Volcherus Patriarcha videns terminos monasterii Rosacensis vastos, Oleas nimis coartatos et incommoda residua que idem monasterium sustinebat per occupationem silvularum seu collium que fiebant a villis circumjacentibus, ad petitionem Leonardi dicti monasterii Abbatis, terram seu silvulam contiguam territorio ipsius monasterii cujus fines fuere determinantur, dat et confert eidem monasterio deponens librum donationis super altare B. Petri in ipso monasterio. Guoldorianus de Sultusco vol. c c f c

1214 25 maii Aquilejæ

Morandus della Frattina erigere fecit furcas cum certa parte membrorum Nalamanuti de Portobutolatti famosi stratorum aggressoris intra fossatum magnum quod dividit ejus territorium a territorio Monasterii Sextensis. Abbas illum in crimen vocans confugit ad Patriarcham qui lectis antiquis juribus et concessionem totius juris sanguinis per D. Poponem olim facta

jitudi militi Marzutto de la Frattina, mandat dicto Abbati quod permittat eun dem Marandum ministrare justitiam in sua signoria juxta concessiones suas et antiquum morem hactenus observatum. e t'c.

1214. 24 Octobris apud Manzanum

Volcherus Patriarcha confirmat compo. sitionem controversie vertentis inter Wol. frammum Abbatem Monasterii S. Pauli de Lavent et Plebanum de Morre super ecclesia seu capella S. Laurentii in Bronco que dicitur Radmelach in Istria

1215 13 Martii in civitate Austrie

Volcherus Patriarcha civibus civitatis Au. strie una cum rusticis circa eandem civitatem manentibus tam clericis quam laycis concedit terras communitatis eorum circa eandem civitatem posi. tas ad eorum utilitatem et commu. nes usus, excepta parte ejusdem com. munitatis a Leonardo Abbate Rosacen. si jam occupata, quam pro anima sua eidem Monasterio contulit Lea. nardus vero. Ex cod. Belgradi. o

1215 14 julii Apud Gradum.

Leonam Patriarcha Gradense contendunt canonici Aquilejenses jus Advocatie de Ma. riano ad illos pertinere ex resignatione

Ducis Henrici facta Ulrico Patriarchae ~~cum~~ ~~collatione~~ ipsis facta ab eodem Ulrico cum consensu Capituli quod eadem die factus fuerat Advocatus totius Patriarchatus, et petiit quod praecipiat Maynardo Comiti ut non amplius capiendo homines et bona eorum super eadem Advocatia eos infestet vel Comes e contra respondeat Advocatiam tam habuisse in feudum a Patriarcha Aquileiensi Sub ... Rubeis col. c.

1215 9 Septembris Anagniae

Innocentius III Pontifex non admittit postulationem Volcheri Patriarchae qua petebat ut parcens senectuti ac debilitati suae nec non et angustati Ecclesiae Aquileiensis quae magno debitorum onere praegravabatur a labore veniendi ad Concilium eum misericorditer absolveret: et respondens quod suo honori et publicae utilitati derogaretur si talis et tanta persona Concilio subtraheretur, mandat quod potius evitans inutilem pompam et multitudinem militum clericorum ac servientium ad ipsum Concilium venire procuret. A Cod. c

12 . Februarii Romae

Innocentius III Pontifex praecipit Episcopo Tarvisino ut Maynardum Comitem Goritiae qui pro sua contumacia a Patriarcha Aquileiensi

sententia excommunicationis percultus dum Volcherus Patriarcha iter arripuerat ad sacrum concilium, villam de Zarra ingressus est et damna gravia Capitulo irrogavit, compellat per censuras Ecclesiasticas ad observandam sententiam contra eum jam latam et ad satisfaciendum capitulo. A.C.u.c

1217 6 Junii Sacile.

Volcherus Patriarcha imperat quod unusquisque homo Viponavi et ejus districtus vocat ... semel in hebdomada ad laborem et plovicum Sacili sub pena quinque soldorum Venetorum in quo banno comprehendi debent etiam illi de Viponovo et ejus districtu qui morantur et stavent super aliquo feudo exceptis tantum militibus. Adsunt testes Almericus Episcopus Concordie eiusdem Stephanus Abbas Sextensis et alii. Aleutus Not. c.c.f.c

1217 ... apud Torridam Albertus comes de Tirolo pro se et filiis heredibus refutat marchiam in Forojulio in manibus Patriarche Volcheri. Act. c.c

1217 9 Julii Gemone

Volcherus Patriarcha jure permutationis dat Lupoldo Austrie Duci et Stirie Rodolphum, Warnerium et Bertoldum filios q. Suivardi mindelwiale de Ragonea eo pacto quod filii hereditare debeant feudum et allodium patris, et q. Dux dat Patriarche

medietatem proles D. Ulrami de Wisen-
stayne et Peregrinum filium D. Hen-
rici de Cols adjecta conditione quod
filii supradicti D. Ulrami haberent
tam feudum quam allodium a dicto
D. Duce et Ecclesia Aquilejensi indi-
ferenter Testes Archiepiscopus Colocen-
sis, Conradus Sirgachtaus electus Almeri-
cus Concordiensis electus, Maynardus
vel Engelbertus, Comites Goritie et alii.
Leonardus vols. Rubeis 675.

1217 13: Novembris

Volcherus Patriarcha locat D. Lypo de
Tarvisio Cannum quod jacet in terri-
torio S. Pauli et S. Georgii cum decima
et omni jure solvendo annuatim D. Pa-
triarche in Tarvisio sex starios avene.
Leonardus vol. Belloni memor.

1218 23 Januarii

Decimo Kalendas Februarii MCCXVIII. Sanc-
te memorie Wolfkerus Patriarcha obiit in
Paudro. Necrologium Aquil. Rubeis 677.

1218 27 martii Rome.

Quidam ex Canonicis Aquilejensibus ele-
gerant sibi in Patriarcham Ulricum eorum
Concanonicum, et alii quidam Bertoldum
Archiepiscopum Colocensem postulabant
ac utraque pars ad sedem Apostolicam

suos miserat procuratores Hono_
rius III Pontifex electionem abrogat
quam sibi reservat, nec postulationem
admittit. Credens tamen ecclesiam Aquile_
jensem sub regimine predicti Archiepisco_
pi magis posse proficere ac tueri servi_
bit quod illum absolvat a vinculo quo
Colocensi ecclesie tenebatur, quod ad Aqui_
lejensem transeundi ei licentiam da_
bit et pallium transmittit. Hinc man_
dat ut cum honore debito eum excipi_
ant et illi tamquam Prelato ac Pastori
intendant. Rubeis. 677

1218 30 novembris Annoni.

Bertoldus Patriarcha elegit quosdam
nobiles et prudentes viros ut cumulis
quos erigi facient signentur limites in_
ter terras Patriarche et aliorum in
Gastaldia de Civito. Vult quod cumuli
bene appareant ut pateant divisiones
et statuit quod si quis ultra dictos
limites transiret et aliquid caperet
emmendet dño suo, ac si facere non
poterit, perdat manum. Inter testes
Maynardus comes Goritie. Novendos vide c. Pe

1219 11 martii Treven

Bertoldus Patriarcha confirmat dona_
tiones ecclesie Suvensi a Patriarchis Pe_
regrino Udalrico et Gotifredo factas,

1219 5 Septembris Campiformii.

Bertoldus Patriarcha investit Federicum de Porcileis de toto feudo quod ipse et pater eius habuerant ab Ecclesia Aquilejensi in Forojulio et alibi, et specialiter in Porcileis et Brugnara ab una parte et alia Liquentiis usque ad Cicanam et fossam Plubam et ultra Roncum cum vexillo in manu. CPc

1219 15 Septembris Tarvisii

Quamplures Nobiles Forijulii et comprovinciores inter vassallos Ecclesiae Aquilejensis desciscentes a Patriarcha se in perpetuum constituunt cives Tarvisinos, et manu tenentes eorum vexilla dant et concedunt Potestati et communi Tarvisii omnem jurisdictionem suarum terrarum et locorum, nempe

Albertus et Varnerius fratres de Polcenico dant Polcinicum et Pinzanum

Bernardus et Leonardus de Sonumberga dant Sonumbergum

Henricus de Villalta dat Villaltam et [illegible].

Federicus de Caporiacho dat Caporiachum, Tarcentum et [illegible].

Rodulfus de Savorgnano dat Savorgnanum.

Federicus et Articus Odorlici de Camviacho dant Propetum.

Articus de Strassau dat Strassau

Dietricus de Fontanabona dat Fontanambonam

Conradus et Articus de Castelerto dant Castellerum.

Iacobus de Budrio dat Budrium

Iurant et iurabunt deinceps quolibet anno sequi Potestatem Tarvisii juxta ejus mandata et hoc idem jurare faciant omnes suos tam liberos quam servos exceptis clericis et conversis, quod si quis jurare noluerit ab eorum terris expelleri.

Facient Collectam Civitati Tarvisii et solvent centum et quadragiata millia librarum denariorum Venetorum, quam summam dividant in partes inter se.

Aperient sua castra et loca Potestati et hominibus Tarvisii et eos in amicos habebunt et defendent in eundo, stando et redeundo et nullo danno imposito concedent eis planum et tutum mercatum.

Omnes guerras quas Tarvisini modo habent, vel habebunt, facient suas. Si commune Tarvisii faciet exercitum aut cavalca

sam ad dextram Liquentie eam adjuvabunt omni suo posse et suis expensis si vero facient ad levam Liquentie adjuvabunt homines Tarvisii cum quinquaginta bonis militibus et suis expensis.

Emant in territorio Tarvisii res mobiles aut immobiles valentes decem millia librarum denariorum Venetorum.

Quilibet eorum infra annum in civitate Tarvisii domum propriam ac convenientem habebit et stabit continuo cum habitantia sua in civitate Tarvisii quolibet anno per mensem unum tempore pacis, et tempore guerre menses tres.

Hec societas aut liga durabit etiam si aliquis eorum in integrum aut in partem eam servare nolet, et si requisitum fuerit omni quinquennio renovabitur

Non facient pacem aut concordiam cum aliqua persona si per hoc possit aliquo modo derogari pactis initis cum Tarvisinis et omnia observabunt et attendent sub pena viginti millium librarum denariorum Venetorum.

Acta sunt hec in Curia majori Tarvisii in presentia Ezzelini de Romano Gabrielis de Camino Comitis Rambaldi et aliorum quamplurium. Manfredinus Not. [illegible]

1219 19 Octobris Viterbii

Tarvisini propter damna et injurias Eccle-
siae Bellunensi et Feltrensi ab eis irrogata
ab unitate fidelium fuerant a Pontifice se-
parati. Ipsi autem censuris ecclesiasticis con-
tumaciter contemptis contra Aquilejensem
ecclesiam manus suas extenderunt
vassallos et ministeriales ejus suae jurisdic-
tioni subjecerunt et cum eis contra
dictam Ecclesiam conjuraverunt. Quod cum
a Patriarcha et ejus Suffraganeis Pontifici la-
crimabiliter relatum foret Honorius III. Patri-
archae, Gradensi et Leonardo Plebano S. Pauli
de Venetiis mandat ut moneant Ducem
Venetiarum ac Potestates Civitatum Veronae
Vicentiae et Paduae quibus circa hoc jam
se scripsisse ait ut cum Tarvisinis omne
commercium interrumpant et eos tam-
quam excommunicatos vitent. Studeant
insuper inducere Tarvisinos ut desi-
stant ab incepta conjuratione nec ter-
ras ac jura invadant Ecclesiae Aqui-
lejensis et compescant praesumptionem
rebellium vassallorum contra praevarica-
tores interdicti et excommunicationis
sententias proferentes c.c.f.c

1219 2. Decembris Strassoll

Cum inter nobiles viros Federicum

de Camviacho et Henricum de Villalto

ex parte una et Ejaldis Aquilejenses mi-

nisteriales ex altera super damnis irro-

gatis orta esset questio, tandem in ipsum

Patriarcham Bertoldum compromiserant.

At Nobiles ejus arbitrio stare recu

santes ad Pontificem appellant. qui

Angelo Patriarche Gradensi et Leonardo

Plebano S. Pauli de Venetiis mandat

ut, re ecta appellatione eos stare arbi-

trio Patriarche Aquilejensis compellant.

ipsi decretum Pontificis nominatim coram

intimant, precipiuntque ut die sexta

decima Decembris coram eis Venetias

venire debeant responsuri prefato Pa-

triarche Aquilejensi. Eorum litteras ex

cipiunt omnes reverenter, excepto Con-

rado et Leonardo fratribus de Sonumbergo qui

non solum latorem earum fratrem clau-

mantem non admittunt, imo eciam in

faciem ejus Castri portam claudere fa-

ciunt Illustrat. vol. A.C.u.c

1220 ; Februarii

Pandulphus et Albertus de Toppo pre

tio mille quadrigentarum librarum

denariorum veneterum vendunt Engel-

precto, Avisq et Varnero q.m Sigdefreuld

de Ragonea eorum consortibus et conjunc-

fis netrum et Gavilhum de Toppe, villam de Traves, et dominium de Lauventina pro qua Communitas de Toppe tenebatur facere multa servitia pro costruendo castrum et domum de ino et Lauventina item non nulla bona et molendina in Forojulio et dominium Toppe cum onere servendi Ecclesie Aquilejensi cum uno equo, quia dicta bona erant feuda recta et legalia dicte Ecclesie. A.C.U.C.

1220 7 Junii.

Pro bonis et gratis servitiis que Henricus de Roilelano prestitit Valterpertoldo de Spanimbergo in partibus ultramarinis investitur cum annulo de omnibus bonis que ab eodem Valterpertoldo et ab Ottone Preconsto ejus filio habuit in feudum A.C.U.C.

1220 30 Novembris. in castris ante Ecclesiam s. Laurentii in strata

Federicus Romanorum et Sicilie rex inspectis privilegiis monasterii Mosacensis et donationibus eidem factis a suis Antecessoribus mandat Episcopo, Potestati et Comuni Senogallie et Abbatem predicti monasterii qui in ejus obsequiis insudabat in possessionem rerum ac proventuum quas habet in eorum partibus

1220 25 Novembris Aquileje

Homines et Commune Insule allegerant sibi in Gastaldionem Adalotdum de eodem loco, quia obtinuissent licentiam a D. Gisla Abbatissa Monasterii Aquilejensis, eadem ipsum presentantes petierunt ut eorum electionem confirmaret. Abbatissa Adalotdum de Gastaldonatu Insule investivit Respuit illa eorum petitionem asserens quod non habebant aliquem Gastaldionem sine ejus verbo et consensu et quod hoc eam offendebant et ejus ecclesiam. Sed cum dictus Adalotdus pro hujusmodi offensione ... dedisset et Commune Insule solemniter promisisset quod de cetero sine licentia prefate Abbatisse et successorum ejus ... conservationi bonorum ... non facerent dicta Abbatissa sed Gastaldionem ... Adalotdum de dicto Gastaldionatu ... Insule, a festo s. Andree proximo ... investivit ita tamen quod tam ipse Adalotdus quam alii Gastaldiones qui pro tempore fuerint ... solvere ... Abbatisse ...

introducant sub pena duorum millium librarum. A. T. u. o.

1221 11 Aprilis Bagnarolo

Maynardus Comes Goritie et Advocatus ecclesie Aquilejensis voluit apud Bagnarolam tenere placitum suum pro Patriarcha et pro se ipso. Verum Hermannus Abbas Sextensis ostendens privilegia Pontificum, Imperatorum ac Patriarcharum rogavit dictum Comitem ut non faceret sibi talem injuriam, cum ejus antecessores in predicta villa nunquam placitare consueverunt. Comes habito consilio ministerialium et vassallorum suorum et communi inquisitione ab eis, quod in illa parte Tiliaventi antecessores sui nunquam placitare consueverunt exceptis duabus villis scilicet de Straida et de Gruario, rogavit D. Abbatem quod postquam omnia ibi parata erant dimitteret sibi per gratiam illa die sine ejus prejudicio suum placitum habere, jurans quod de cetero sententiam Sapientum firmam et ratam habebit, nec unquam contra faciet aut veniet. Abbas precibus Comitis dimisit eum illa die dictum placitum habere in eadem villa per gratiam, non per rationem. Henricus Not. Arch. c. o.

1221 ... Iulii.

Fedricus Episcopus Concordiensis jurat in animam Bertoldi Patriarche Aquilejensis, D. Hugoni Hostiensi et Velletrensi Episcopo Apostolice Sedis Legato servare universa mandata que ipsi Patriarche fecerit idem D. Legatus super discordiis, guerris, captionibus, incendiis et damnis factis et specialiter super castris, villis,
R rebus et questionibus universis, que vertuntur inter eundem D. Patriarcham, et Episcopos Feltrensem et Bellunensem, et Commune Padue et eorum fautores ex parte una, et Commune Tarvisii et ejus fautores ex parte altera. Iurant cum eo Gabriel de Prata, Artuicus de Varmo, Iohannes de Portis, Mainardus de Sbrojavacca et Rodulphus de Attems sicuti fideles vassalli D. Patriarche.

Hoc idem coram D. Iacobo Theupolo Potestate Tarvisii die decima tertia Iulii juraverunt observare et adimplere Consules, Notarii, Commune ejusdem Civitatis. Verci 49·50.

1221 20 maii. Apud Cavoriacum, ante Ecclesiam s. Laurentii.

Coram D. Bertoldo Patriarcha Aquilejensi
1° Henricus de Villalta, Artuicus et Fredericus de Cuppeto, Rodulphus de Savorgñ

quane, Dietricus de Fontebeno, Artuicus et Conradus de Castellerio jurant assistare et juvare cum omni posse et eorum viribus Patriarcham superdictum et successores ejus contra omnem hominem preter quam contra Pontificem, et Imperatorem; et constituentes se cives Paduanos jurant fędus amicitię cum eis simul cum Patriarcha et ministerialibus ejus. Excipiunt tamen et statuunt quod si Patriarcha violentiam et manifestam injuriam intulerit D. Duci Austrię, vel D. Henrico Marchioni fratri ejusdem Patriarchę seu Maynardo majori aut Maynardo juniori Comitibus de Gorithia nec non Episcopo Concordiensi, Abbati Sextensi aut Ministerialibus Ecclesię Aquilegensis in hoc non teneantur illum adjuvare. Si vero supradicti sive juste, sive injuste invaderent Patriarcham et gravarent, teneantur et debeant totis viribus eum juvare. Jurant denique specialiter assistere et juvare absque omni onere memoratum Patriarcham contra Commune Tarvisii, contra Comitem Tirolis et contra Ducem Karinthie, atque in signum fidelitatis resignant in manibus Patriarchę omnia eorum bona tam propria

quam feudalia dominus Patriarcha
de omnibus eorum feudis eos illico in-
vestit hac tamen adjecta conditione quod
si ipsi contra suprascripta in toto aut
in parte venire presumpserint nec ea
que promiserant observaverint cadant
a jure suo et omnes eorum proprietates
et feuda ex tunc ad Ecclesiam Aquile-
jensem plene jure devolvantur. Interim
habeant potestatem conferendi de dictis
bonis et feudis quodquid vellent filiabus
aut pro anima sua. Adsunt testes in-
ter quamplures alios Federicus episcopus
concordiensis Stephanus Abbas Sestensis
Henricus Marchio, Maynardus major
et Maynardus junior de Gorizia, Otto
comes de Ortenburch, Vilelmus comes
de Heunenburch etc. etc. Leonardus
notarius cic. etc.

1221 ... Julii

Hec sunt petitiones quas nomine Patri-
arche et Ecclesie Aquilejensis B. Conradus
ejus procurator presentavit B. Hugoni Ho-
stiensi et Veletrensi episcopo, Apostolice
Sedis Legato.

I. Commune Tarvisii amplius non in-
quietet ac molestet D. Patriarcham
nec impediat quominus jura sua

exercere non possit in suis terris ac locis.

II. Reddat ad monasterium de Piro, curias de medadis et de medulo quamvis sitas in Episcopatu Tarvisino. Item super Curiam S. Pauli positam in Episcopatu cenetensi; castrum et curiam Canave situm in episcopatu Cenetensi castrum Aragnavie, cum suis pertinentiis, exceptis villis de Francinico, de Campo Sivon et campo de Pols. Preterea villam de Laco de Albina et Albinella positis in episcopatu Cenetensi denique omnia loca, castra, villas constitutas ab aqua Liquentiæ a montibus ad mare per totum Forumjulium usque ad Ducatum Meranie.

III. Commune Tarvisii dimittat et restituat Ecclesiæ Aquilejensi domos, terras, casamenta posita in Civitate Tarvisii in loco qui dicitur Fontana altiue, ac ea libere possidere permittat.

IV. Feuda quæ habent Tarvisini ab Ecclesia Aquilejensi, et possessiones quascumque quas vendiderunt seu alienaverunt, ad statum pristinum reducantur, et de cetero facere simile non attemptent.

V. Fossatum navigii et ais factum in medulo, cujus occasione nemus Patriarche incisum et destructum fuit, impleatur et ad statum pristinum reducatur.

VI. Gabrielem et Federicum de Prata, Andrei-cum et Everardum de Palcinico et alios in Forojulio constitutos, qui adhuc Communi erant juramentis adstricti, absolvat et eorum fidejussores absolutos dimittat. Similiter condempnationes facte Gabrieli de Prata de quinque millibus librarum pro una parte, et de decem millibus ex altera remittantur

VII. Patriarcham ipsum inquietare non debeant in Episcopatu Canetensi, nec in bonis ad eundem Episcopum pertinentibus ullam jurisdictionem exercere. Domum episcopalem seu arcem ubi solet Patriarcha hospitari quam injuste detinent ad pristinam libertatem reducant.

VIII. Sententiam prolatam per Potestatem Verone et Consules Mantue inter Patriarcham ex una parte et Commune Tarvisii ex altera faciat inviolabiliter observari.

IX. Domum quam Gabriel de Prata habet in civitate Tarvisii sibi libere Commune illud restituat pacifice possidendam.

X. Restituant Tarvisini omnia damna

per eos Patriarche data usque ad tem-
pus treugue facte a D. Legato, videlicet
de centum et septuaginta quinque villis
cum cemeteriis et Ecclesiis earum ab
ipsis combustis et penitus destructis, quod
damnum extimatur ad triginta millia
marcharum argenti.

XI. Resarciant etiam de damnis post dic-
tam treugam datis, hoc est de novem
villis penitus destructis et rebus om-
nibus spoliatis, quod damnum extima-
tur sex millia librarum; et pro pena
a Domino Legato statuta et solven-
da a parte que treugam violaret
solvant mille marchas argenti

XII Omnia damna data per Tarvisinos
Ecclesie Aquilegensis temporibus Gulielmi
de Pusterla et Danisii Potestatum Tar-
visii, et tempore Consolatus Alberghetti
et sociorum que extimantur ad tre-
centa millia librarum in una parte, et
centum millia librarum in alia parte,
et sex millia marcharum argenti in
tertia parte, et ad sexdecim millia li-
brarum Venetorum in quarta parte, de-
beant sibi integraliter resarciri.

1221 .. julii

iacobus Theupolo Potestas, Naccenwera

de Vidore et Albertinus Conradi Sindaci et Procuratores Communis Tarvisii presentaverunt D. Legato petitiones infrascriptas videlicet.

I Ex eo quod D. Patriarcha Aquilejensis coegit nonnullos nobiles de Forojulio qui liberi appellantur et qui constituerant se cives Tarvisii eorum loca hostiliter capiendo et faciendo eos per vim jurare Communi Padue; et similiter ex eo quod retineat Andreucium fratrem de Pulcinico et Leonardum de Soromberga, restituat idem D. Patriarcha Communi Tarvisii predictos nobiles cum possessionibus suis, nec impediat dictum Commune in jure suo super terris et locis eorum sicut civium Tarvisii.

II Nicholao civi Tarvisii restituat octingentas libras quas solvit in captione sua, et quas Patriarcha dare ei promisit et juravit quando fecit pacem cum liberis Forijulii

III Pro damnis datis illis de Pulcinico persolvat D. Patriarcha duo millia marcharum argenti. que damna data fuerunt in villis et castris que sunt Liquentiam et ultra et in ecclesiis et cantitade que sunt decem.

IV. Pro centum et quinquaginta villis combustis et runcatis, et pro quinquaginta et ultra Curtinis combustis et devastatis, et pro damnis datis civibus Tarvisinis quos violenter captos detinet solvat D. Patriarcha viginti millia marcharum.

V. Pro damnis datis civibus de Portunaone idest pro tota porta combusta et destructa pro rebus inde ablatis, et villis suis combustis et destructis, et Ecclesiis pariter combustis et destructis et mulieribus inde raptis reservit de quinque millibus marcharum argenti, et sinat Commune Tarvisii libere uti sua jurisdictione in dicta porta et ejus pertinentiis, cum id non ad Patriarcham sed ad dictum Commune pertineat.

VI. Pro damnis datis et illatis Communi Tarvisii et suis in bello apud Cavolanum nempe pro hominibus et equis captis, vulneratis, aut mortuis et pro rebus ablatis reservial de quinque millibus marcharum argenti

VII. Pro villis combustis et runcatis, pro ecclesiis et curtinis combustis et pro animalibus ablatis in Episcopatu Cenetensi post bellum praedictum et treguam factam per Episcopum Tridentinum,

que fuerunt circa centum ville, et viginti et ultra ecclesie et curtine, solvat quinque milia marcharum

VIII. Pro damno dato a Paduanis de mandato ipsius D. Patriarche apud Castrum Francum, et in ipso castro et ejus territorio in hominibus captis, interfectis aut vulneratis, in villis combustis et raubatis, et in ecclesiis combustis et curtinis solvat viginti mille marchas argenti

IX. Pro damno dato Friderico de Porcileis scilicet pro quindecim villis et decem ecclesiis et curtinis destructis et combustis, et pro blavis et aliis rebus destructis aut ablatis solvat quingentas marchas argenti

X. Liceat Communi Tarvisii libere exercere jurisdictionem suam in villa Cavepe et castro et hominibus et pertinentiis ejus prout olim consuevit et patet ex concordia facta inter Commune Tarvisii et q.m Patriarcham Peregrinum.

XI. Non impedietur idem Commune uti jurisdictione Gabrielis de Prata in terris et possessionibus suis, cum sit civis Tarvisii et sicut olim consuevit et continetur in pactis factis inter Commune Tarvisii et Guezzellettum patrem D. Gabrielis et eundem Gabrielem

XII. Cetera illa damna que a Patriarcha recordantur data fuerunt ante pacta

et conventiones factas inter Commu-
ne Tarvisii et ipsum Patriarcham hinc
melius esset si de hoc silentium serva-
ret quam promittere deficeret. Quod
si forte preteritorum temporum
essent memoranda que non sustinuit
Commune Tarvisii a Patriarchis Aquile-
jensibus et inter alios a Patriarcha
Gotifredo qui pluries per vim et arma-
ta manu Terram et districtum Tarvisii
cum suis intravit, et castra, villas, ec-
clesias et curtivas destruxit comburen-
do et ruinando, et animalia et res ves-
tiarum et aliorum hominum auferen-
do et homines interficiendo que dam-
na estimantur ipsarum quinque millia
marcharum argenti

XIII Cum Maynardus comes Goritie et nepos
filius q.m Guiberti fratris sui sint cives
Tarvisii non impediatur quominus dic-
tum Commune utatur de illis tamquam
de civibus suis

XIV · supplicant denique ipsum D. Legatum
ut dissolvi faciat et relaxari Sacramen-
tum et pacta inita inter ipsum Pa-
triarcham et Paduanos cum illa pacta et
illud Sacramentum ad ipsorum dedecus spec-
tent et dedecus Ecclesie et Majestatis

cujus ipsa civitas Tarvisii membrum
esse gloriatur.
1221 30 Augusti
Sententia lata per D. Legatum in causa vertente inter D. Patriarcham Aquilejensem et commune Tarvisii in qua dictur extra continetur quod dicta communitas Tarvisii eidem Bertoldo Patriarchae et Aquilejensi Ecclesiae dimittere debeat, pacifice et quiete locum de Medulo et ejus Curiam, curiam S. Pauli, Castrum et curiam Landpe cum omnibus eorum pertinentiis et omnia loca, castra et villas cum omnibus earum pertinentiis constitutas ab aqua Liquentiae usque ad Lucafum Maranie, et a montibus usque ad mare per totum Forumjulium: nec non monasterium de Sivo cum omnibus suis pertinentiis tam spiritualibus quam temporalibus, et omnia predicta cum plena jurisdictione ita quod nullam dehinc expensam, exactionem, collectam Angariam sive aliquod aliud gravamen exigere vel imponere debeat vel aliquam jurisdictionem exercere in omnibus locis castris et curiis supradictis. Praeterea quod Gabriel de Prata et Federicus frater ejus, et Andreas

et Warnerius de Pulcinico, nec non omnes alii Liberi et personę omnes de Forojulio astricte juramentis et cautionibus quibuscumque ut cives fierent Tarvisii infra praedicta dies penitus absolvantur et fidejussores eorum libere dimittantur. Denique quod omnia feuda per illos de Tarvisio alienata spectantia ad Aquilejensem Ecclesiam ad statum suum reducantur et quod alienationes hujusmodi sint de cetero irritę et inanes. C. Fol.

1221. 11 Septembris Paduę

Propter nimiam dilectionem quam Bertoldus Patriarcha Aquilejensis gerit in civitatem et homines Paduę et ut ipsa civitas magis honoretur, constituit et facit se civem Paduę promittens emere infra muros civitatis terram in qua fieri faciat duodecim palatia valentia unumquodque mille libras ad minus; videlicet quatuor in presenti Potestaria, alia quatuor in altera et quatuor alia in tertia Potestaria; insuper quod faciat duodecim de majoribus militibus Forijulii stare quindecim diebus in civitate Paduę, qui juravabant sequi Potestatem sicut alii cives: et quando

civitas Paduę guerram habebit, ipse Patriarcha iuvabit eam cum quinquaginta militibus per tres menses et solvet datia et impositiones sicut alii cives. Hinc petit quod eum in amicum et civem excipiant et eum adiuvent et Aquilejensem ecclesiam in omnibus locis et iurisdictionibus manutenendis aut recuperandis, et quod contractus in Statuto Communis Paduę inseratur. Muratori.

1221 1° Octobris Tarvisii

Leonardus de Utino, et Carsius de Rodelano nuncii et procuratores D. Bertoldi Patriarchę Aquilejensis in praesentia iacobi Theupoli et Consilii Tarvisii petunt totaliter adimpleri sententiam latam per D. Hugonem Apostolicę Sedis Legatum, scilicet quod promissiones, obligationes et cautiones factę a Domino Gabriele et Federico fratribus de Prata, Aldrico de Palcitato et fratre suo Varnero, Federico de Cavriacho Henrico de Villalta et ab aliis liberis homines reddantur, cassentur, et observentur. Item illi de Camipa liberentur a pannis quibus Tarvisini ipsos supponeverant et similiter homines universi a Liquentia usque Tarvisium

pertinentes ad Ecclesiam Aquilejensem, item feuda alienata ad statum pristinum revocentur. Item domus Sabbatelis et fratris de Prata in Tarvisio non impediantur, sed permittantur dictos fratres ipsis libere uti. Respondent Potestas et Consilium Tarvisii se facturos omnia et jam impleverunt Actum.

1221. 1° Decembre Aquilejae.

Juspatronatus Plebis seu Ecclesiae de Lauc super quo erat questio inter D. Bertoldum Patriarcham Aquilejensem et Willielmum Comitem ejusdem loci, auditis testibus, et cognito jure ejusdem Comiti illi tandem pacifice conceditur. Inter testes apparet etiam Conradus Episcopus Tergestinus. C.R.c

1222. .. Februarii

Bertoldus illustris Dux Meraniae recepit a Bertoldo Patriarcha mille marchas quas promisit reddere ad tempus; et obligat duo castella de Stayn et quidquid habet in Carniola apud Vipachum quae si non dederit possit apprehendere. Dat D. Ottonem et D. Henricum suos filios obsides in manibus D. Wariendi de Orech, quod non reddita pecunia, dat ipsa castella in perpetuum ecclesiae Aquilejensi. Iuvant med-

nitoriales se non impedituros prefatam
dationem non reddita pecunia.

1222 20 Iunii Padue
V. Bertoldus Patriarcha ex una et
V. Bonifacius de castro Potestas Padue
ex altera hinc inde faciunt liberos
Forojulienses et Paduanos a persolvendis
mutis in Forojulio et agro Paduano.
Actum in palatio communitatis in Con
silio Paduano ad presentiam nobilium
Forojuliensium et Paduanorum. cc T.C

1222 23. iunii. Venetiis
in concordio inito inter V. Patriar
cham et V. Ducem Venetiarum san
citum est

I. Quod Patriarcha et Comes Goritie Ad
vocatus Ecclesie Aquilejensis juvent
quod omnes Veneti erunt securi
tam in personis quam in rebus
in terris Patriarchatus et si ali
quis in mare inferet molestiam
aut damnum alicui Venetorum
a portu qui vocatur Basilice usque
ad portum Primarii Patriarcha si
alio modo non poterit respondeat
de camera sua

II. V Dux habeat suum Vicedominum
in Terra Aquileje qui Venetis jus
titiam administret.

III. Liceat Portulanis Venetis sine

aliquo banno aut contradictione por-
tare et exportare de Aquileja blavam
tantum quae sit eis et eorum famili-
is sufficiens.

IV. Veneti permutantes salem, cepas
et alium per aliquam blavam pos-
sint eam portare quocumque volu-
erint.

V. Si inter Patriarchales et Venetos
facta fuissent pignora, Veneti non
debeant pignorari inter terminos prae-
taxatos (signatos) nec in Forojulio.

VI. Si casu aliquo praeceptum fuerit
Venetis morantibus in Patriarchatu
quod de eo exire deberent, Patriar-
cha debet eis licentiam obeundi
et faciat eos securos a parte Frati-
liae ad partem Primaricii.

VII. Vicedominus Ducis residens Aquilejae
quadragesimum (multas) de duabus stationibus. Te-
neat stateras, mensuras etc. ad percipien-
das de redditibus Venetorum utilitates
suas, nec de suis bonis in Forojulio sol-
vat ullum* datium

VIII. Offensae quae factae fuerint, puniantur
a Vicedomino, excepta pena sanguinis
quae D. Duci reservatur. Veneti de Pa-
triarchatu nullum datium solvant, ne-

si malum secundum consuetudinem et Casaticum pro flete secundum usum Terrę Aquileję.

IX si quis non de jurisdictione Patriarchę inferrat in mare infra supradictos terminos violentiam aut damnum Venetis, Patriarcha, si malefactor inventus fuerit rationem aut justitiam quam fecerit de eo, debeat D. Duci exhibere.

X Patriarcha debeat singulis annis dare de suo cellario panes duodecim quorum quilibet esse debeat unius starii, et duodecim porcos, et suis expensis panes ipsos et porcos mittere debeat ad palatium D. Ducis Venetiarum.

Inter testes apparet Conrodus Tergestinus. Leonardus Not. c.c. F.c

1232 25 Junii Glemonę

Ex dictis plurimorum Testium colligitur quod jus pascuandi in collibus Glemonę a Rivo Albo usque Glemonam non ad homines de Avorone sed spectabat ad illos de Glemona. et quod castrum de Fromumberch apud quod magna surgebat silva conditum fuerat a Comite Tivolis et postea una cum silva dechrunchum a Commune Glemonę cum assensu Domini Terrae. Blasius vol. c.c.

1222. 3. Augusti Aquileja

Tempore quo fuit guerra inter foro-
julienses et Tarvisinos quedam res
ablate fuerunt per Ismahelem de Ze-
molais D. Thome de Fontanabona
et D. Mathie de Carnea: ideirco cu-
rie propositione facta per D. Abba-
tem sextensem in curia vassallo-
rum et ministerialium D. Patriarche,
sententiatum fuit quod postquam
Ismahel supradictus est olim univer-
se carnis ingressus, fratres ejus et
proximi qui ei successerunt, restitue-
re debeant universa per ipsum Is-
mahelem ablata. Conradus not. Aquil. c.

1222 6 Augusti Aquileje.

Conradus de Cipano habebat annuatim
ab Abbate et monasterio mosacensi in
feudum unum Puledrum: Rodolphus
ejus filius resignat in manibus D. Az-
zone Abbatis dicti monasterii omne jus
quod habebat in predicto feudo, receptis
ab eo nomine transactionis, duabus mar-
chis, et sub conditione quod idem Ab-
bas et sui successores teneantur annuatim
dare supradicto D. Rodolpho duos calceos
de genere illorum qui vocantur Botte

Bonusbonus not. A. C. c.

1223 [illegible]

Bertoldus Patriarcha [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1223. 8 Augusti.

Bertoldus Patriarcha componit pacem inter D. Zapolini et Conradum de Sacile ex una parte et D. Scabinum ex alia qui in ejus praesentia constituti, jurarunt per se et eorum fautores ejus mandatis obedire. C. P. c.

1223 31 Augusti Medune

In lite et controversia super Advocatia de Arzenello, Muris et Morgano D. Bertoldus Patriarcha Aquilejensis et D. Stephanus Abbas Sextensis conveniunt inter se quod nullus venire aut ad castrum Medune ad custodiam et plevipanum nec possint nisi sol du eadem castro vendere vinum ad cannolum in taberna et panem nisi semel in anno et hac

in dicta festivitate eorum. Praedictus ve-
ro Abbas habeat Advocatiam de cru-
ento, de furto et de aliis; et nulli
ei D. Rodulphi de Arcanello faciant
ut antea. Conradus not. A.e.u.c.

1223 22 septembris. In Civitate Austriae
Maynardus senior et Maynardus
iunior comites Goritiae refutant et
tradunt pretio undeviginti marcha-
rum in manibus D. Bertoldi Pa-
triarchae Aquilejensis advocatiam
omnium mansorum ecclesiae Civi-
tatensis quos habent in Fagonea,
et idem Patriarcha ad petitionem su-
pradictorum comitum dat et tra-
dit eandem Advocatiam ecclesiae
Civitatensi ponens chartam tradi-
tionis super altare S. Donati. inter
alios testes apparet etiam Conradus Epi-
scopus Tergestinus. Leonardus Nob. Rub. 69.

1224 10 iunii.

Bertoldus Patriarcha instituit sex Pre-
bendarios, videlicet duos Presbiteros, duos
Diaconos et duos Subdiaconos ut per an-
ni circulum in perpetuum celebrent
divinum officium coram altare Bea-
tae Mariae Virginis in ecclesia Aquilejen-
si: adest inter testes Maynardus Senior
Comes Goritiae. Rubeis. 703.

1224. 14 Junii Aquileja.

Ad instantiam Maynardi majoris et Maynardi junioris Comitum de Goritia Bertoldus Patriarcha confert de feudo dictorum Comitum ecclesie Dominarum S. Marie in Aquileja quinque mansos in villa de Runzina quos in ejus manibus vassaquaverant iidem Comites ut nobilis mulier D.a Ymillina predictos mansos in sua vita habeat et eorum usumfructum totaliter percipiat. Quod si dicta D.a Ymillina ad predictum cenobium venire voluerit, Abbatissa qui tunc erit et sorores eam cum omni honore et ea qua decet honestate excipiant et tamquam dominam et sororem teneant post autem mortem ejus anniversarium celebrent
C.C.F.C.

1224 14 Septembris Portusgruarii.

D. Bertoldus Patriarcha recusat investire D. Vezellum q.m D. Gabrielis de Prata de suo feudo eo quod dictus D. Vezellus petebat investitionem cum confalono, et Patriarcha dicebat non debere investiri cum confalono. Examinantur ~~Hampertus~~ Suberhanus de Prata et Marcus de Lauvenraga qui deponunt quod Patriarcha cum confalone in-

rediderat q^a D. Gabrielem ejus patrem, unde D. Patriarcha intellecta voluntate ejus de Aviano, nec non pariter investit D. Vezzellum et D. Federicum de Porciliis cum vexillo. Adsunt inter testes Conradus Episcopus Tergestinus, Federicus Episcopus Concordiensis, Stephanus Abbas Sextensis et Palmerius Abbas Sermaquensis. c. 1°c

1225 25 martii

Homines de Valle pro se et eorum Comunitate jurant attendere et observare universa mandata quae eis facta fuerint per D. Bertoldum Patriarcham Aquilejensem ejusque Marchionem, et per illustrem Comitem Maynardum de Goritia juniorem propter offensam quam eis fecerunt cum essent apud ipsos hospitati in Vallo. Adsunt inter testes Henricus Episcopus Polensis. c. S. c. Leonardus not

1225 .. Montreufer

Bertoldus Patriarcha confirmat matrimonium ministerialis sui Henrici de Svez cum femmina ministeriali Ecclesiae Secoviensis.

1226 13 Januarii Windisgraz

Bertoldus Patriarcha confirmat Privilegium Predecessoris sui Volcheri super Capella in Motzlich

1226 14 junii Attems.

Curia de Aviis cum mansis fami-
lie, pascuis venationibus, piscationibus,
molendinis pratis campis silvis datur
a Patriarcha Bertoldo in feudum D. Dia-
mote filie D. Ottacho de Attems. Ar-
noldus not. c.c.f.c

1226 24 octobris

Maynardus senior comes de Goritia
cum manu et voluntate D. Maynardi junio-
ris ejus nepotis pro octingentis marchis
argenti quas ei persolvit D. Bertol-
dus Patriarcha Aquilejensis, pro villa
de Sedeglano, de S. Laurentio et Gril-
lons quas D. Patriarcha olim D. Comiti
Maynardo seniori contulerat in feudum
ut eas quamdiu viveret habere deberet
cum omnibus earum redditibus, nec
non pro quatuor marchis quas annua-
tim perciperet a Muta Aquilejensi,
dedit, donavit et tradidit D. Patriarche
et Ecclesie Aquilejensi castrum de
Luntz cum omnibus possessionibus
et mansatis et omni jurisdictione
ad dictum castrum pertinente, cas-
trum de Rotenstayn et portum de
Latisana et insuper omnem suam
proprietatem ubicumque sit, exceptis
Pursenico, Carponara et Blancata,

vocaverat q.m D. Gabrielem ejus patrem,
unde D. Patriarcha intellecta ~~[illegible]~~ voluntate
piena investit D. Vezzellum de Valle, nec non et D. Federi-
cum de Portitis cum vexillo. Ad-
sunt inter testes Conradus Episcopus
Tergestinus, Federicus Episcopus Con-
cordiensis, Stephanus Abbas Sextensis
et Palmerius Abbas Sumaquensis. c.P.c

1225 25 martii

Homines de Valle pro se et eorum co-
munitate jurant attendere et observare
universa mandata que eis facta fuerint
per D Bertoldum Patriarcham Aquilejen-
sem istrie marchionem, et per illustrem
Comitem Meynardum de Goritia junio-
rem propter offensam quam eis fe-
cerunt cum essent apud ipsos hospi-
tati in Valle. Adsunt inter testes Hen-
ricus Episcopus Polensis. c.S.c. Leo-
nardus Not.

1225 .. Montfalcon

Bertoldus Patriarcha confirmat ma-
trimonium ministerialis sui Henrici
de Gruz cum femmina ministeria-
li Ecclesie Gurcensis.

1226 13 januarii Windischgraz

Bertoldus Patriarcha confirmat Privile-
gium Predecessoris sui Volcheri super
Capella in Matzlich

1226 III junii Atems.

Curia de Aveis cum mansis familiis, pascuis venationibus, piscationibus, molendinis pratis campis silvis datur a Patriarcha Bertoldo in feudum D. Vriamoto filio D. Ottachi de Atems. Arnoldus not. c.c.t.c.

1226 XII octobris

Maynardus senior comes de Goritia cum manu et voluntate D. Maynardi junioris ejus nepotis pro octingentis marchis argenti quas ei persolvit D. Bertoldus Patriarcha Aquilejensis, pro villa de Sedeglano, de S. Laurentio et Grillons quas D. Patriarcha eidem D. Comiti Maynardo seniori contulerat in feudum ut eas quamdiu viveret habere deberet cum omnibus earum redditibus, nec non pro quatuor marchis quas annuatim percipiebat a Muta Aquilejensi, dedit, donavit et tradidit D. Patriarchae et Ecclesiae Aquilejensi castrum de Luntz cum omnibus possessionibus et mansis et omni jurisdictione ad dictum castrum pertinente, castrum de Rotenstayn et portum de Latisana et insuper omnem suam proprietatem ubicumque sit, exceptis Pursenico, Carponova et Blancata,

ac illa proprietate quam dederat in feudum Federico de Porciliis; et incontinenti D. Patriarcha investivit prenominatos Comites ad rectum feudum de omni supradicta proprietate quam hereditare possunt tam masculi quam femminae. Omnibonus not. A.c.w.c.

1225 ... Decembris Sacili.

Patriarcha et Aldricus et Warnerius de Pulcinico conveniunt inter se hoc modo.

I. Domini de Pulcinico investiantur de omni iurisdictione ad Comitatum de Aviano tantum pertinente

II. Comites dent auxilium Patriarche et successoribus praeter contra Imperatorem et Dominos de Camino, quos si Patriarcha invaderet debeat defendere ultra Liquentiam versus occidentem eorum castra. Si vero Domini de Camino invaderent Patriarcham, illi de Pulcinico teneantur illos revocare sin minus auxilium dabunt Patriarchae

III Patriarcha defendet eos contra quoscumque; ~~[illegible]~~ impediet quoscumque vellentes construere castra infra flumina Medunae et Liquentiae sub pedemonte, et reficiet possessiones eorum per Tarvisinos destructas.

Adest inter alios testes Henricus Episcopus Polensis. Omnibonus Not. S. L. etc.

1227 21 maii Villaci.

Bernardus Dux Karinthiæ ante judices sibi datos ab Honorio Pontifice in causa jurispatronatus Ecclesiæ Laibacensis quem ad se spectare dicebat, petiit ante omnia sibi et parochianis ipsius Ecclesiæ restitui res, rebus quibus dicebat se et suos injuste spoliatos fuisse a D. Patriarcha Aquilejensi post appellationem ab eo factam ad Apostolicam sedem. verum cum non posset facere fidem per scripturam nec per testes de citatione facta legitimo tempore, dixit, quod salvo jure suo, vellet amicabiliter componere cum D. Patriarcha.

Romanus Not. S. P. c.

1227 7 Novembris

Bertoldus Patriarcha renovat et confirmat privilegium quod Prædecessor suus Gothofredus Patriarcha Aquilejensis concesserat Romulo Episcopo et Capitulo Concordiensis Ecclesiæ. Utini.

1227 ... Decembris Foggiæ.

Federicus Secundus Imperator atque Jerusalem et Siciliæ Rex ad petitionem Arronis Abbatis Mosacensis transcribi facit et confirmat Privilegium quod Federicus I. Imperator Odalrico ejusdem Monasterii Abbati concesserat anno millesimo centesimo quinquagesimo, sexto nonas Julii in quo continebatur

quod liceat dicto Abbati et monasterio possidere omnia que tunc possidebat scilicet mansiones, mancipia, Aldiones cartulanos, offertos, servos et ancillas, terras, vineas, cum silvis, montibus, planitiebus, aquis, molendinis etc. et quod si quis Patriarcha, Episcopus, Dux, Comes nobilis aut Arimannus aut quecumque persona allodium suum ad prędictum monasterium offerre voluerit Imperiali auctoritate, libera potiatur licentia. Sed si prędicta infringere aut contra aliquid venire presumpserit cadat in penam centum librarum auri. Huic confirmationi intervenerunt ut testes Lando Archiepiscopus Reginus, Renaldus Dux Spoleti et alii quamplures. 3 A.C.C.

1228 3. ianuarii Romę

Contra sententiam quam ipsemet tulerat dum erat Apostolicę Sedis Legatus in partibus Lombardię Gregorius nonus cum comperisset quod cives Tarvisini homines villarum de S. Paulo, Medulo et de Medadis et quarundam aliarum villarum et locorum ad Patriarcham Aquilejensem et ejus Ecclesiam spectantium, ad prestandum sibi fidelitatis juramenta

1227 13 Decembris Romę

Gregorius nonus Pontifex monet ministeriales et vassallos ecclesię Aquilejensis quatenus ab indebito Capituli Aquilejensis gravamine penitus quiescentes, Capitulum ipsum diligere atque protegere pro Sedis Apostolicę reverentia studeant. A.C.C.C.

compellebant, et graves injurias et me-
lestias eis continue inferebant, man-
dat Episcopis Paduano et Torcellano nec
non Decano Tarvisii, quatenus præ-
dictos cives Tarvisinos ad observan-
dam inviolabiliter sententiam per
eum latam ad desistendum a coac-
tione dictorum hominum et ulterius
ad non molestandum Patriarcham
jam dictum per censuram compellant
Ecclesiasticam. Monet tamen ut cum
commune Tarvisii leniter agant.

Verci 54.

1228 13 Aprilis Aquilejæ

Bertoldus et Rupertus fratres de Tri-
cano Advocatiam villæ de Ripis sibi
vindicant, obstant Canonici Aquile-
jenses, qui eam ad se pertinere asse-
stant, quod etiam videtur posse ad-
mitti si dictis quorundam testium
esset prædecendum Concordiæ Arch. Cap. A. Conc.

1228 7 maii Aquilejæ.

Eppo Præpositus Cameræ et alii secum
hinc inde electi Arbitri in causa ver-
tente inter Capitulum Aquilejense et
Dominos Bertoldum et Rupertum de
Tricano præcipiunt dictis Dominis de
Tricano ut jus Advocatiæ et emenda
alia jura quæ dicebant habere juste

vel injuste in villa de Ripis et ejus districtu in manibus D. Bertoldi Patriarche Aquilejensis aut Conradi Decani ejusdem Capituli illico resignent; Preterea si homines Canonicorum dicte ville eis prestiterint aliquam obligationem, vadium ad securitatem eos libere absolvant nec contra supradicta per se aut per alios de cetero unquam veniant.

Et statim predicti Domini Bertoldus et Rupertus fratres de Tricano omne jus advocatie ville de Ripis et ejus districtus in manibus D. Bertoldi Patriarche resignaverunt. quod Conrado Aquilejensi Decano [illegible] contulit.

Precipiunt deinde supradicti Arbitri capitulo et Canonicis quod proprietatem illorum quatuor mansorum quos Capitulum habet in villa de Tricano tradant cum omni eorum jure Domino de Tricano: insuper quod dent illis centum libras veronensium ac omne damnum et injuriam remittant. Aderant hiis Bertoldus Patriarcha Aquilejensis Fridericus Episcopus Concordiensis, Meinardus senior comes de Goritia et alii quamplures. Conradus vol. A.C.U.O.

1228. 20 mai

Ezelinus et Albericus fratres de Romano una cum Rambaldo et Anselmo de Vidoto statuunt conventionem inter Gecellum de Prata et Federicum de Porcilis, et procedunt dividunt eorum bonorum. Verci 112.113.

1228 9. Iunii in civitate Austriae

Bertoldus Patriarcha cum obligatione omnium suorum bonorum pro utilitate ecclesię Aquilejensis mutuatur a D. Andrea de Ubaldano de Tarvisio sex mille trecentum et sexaginta libras Veronensium parvorum, et dabit vadiltur illas Ulrico tradidit D. Raimperto de Morck et vadiavit possessiones ad datas in pignore. Apparet inter testes Maynardus senior Comes Goritię Conradus Nob. e.c.t.c.

1228 8 Iulii Perusii.

Gregorius nonus Pontifex in protectionem B. Petri et Sedis Apostolicę suscipit monasterium S. Galli de Mosio. Requisivit tamen quod in eodem regula S. Benedicti perpetuo observetur. confirmat deinde donationes ab Imperatoribus, Principibus et aliis ei factas aut facturas. concedit <u>concedit</u> quod possessiones quas habet in Forojulio aut extra et quas distincte enumerat illi perpetuo remaneant; permittit quod clericos vel laici fugientes a seculo ibi ad conversionem recipiantur et retineantur: quod tempore generalis interdicti clausis

tamen januis, non pulsatis campanis
et submissa voce in ejus ecclesia di-
vina officia celebrentur, et quod mo-
nachi secundum regulam S. Bene-
dicti sibi Abbatem eligant. Sepul-
turam monasterii decernit denique
esse liberam et penas statuit in
eos qui ecclesiam perturbaverint,
monasterium molestaverint, ejusque
possessiones occupaverint, vel Pontifi-
cis decreta super hac re violaverint.

1228. 18 octobris.

Bertoldus Patriarcha notificat So-
phiam comitissam de Weichsburg
viduam Henrici Marchionis Istriae
dedisse Ecclesiae Aquilejensi Mettlich
et Tschernembl.

(~~1224~~) 14 Novembris in Castro Tricani

1238 Bertoldus de Tricano pro remedio ani-
mae suae et suorum parentum et in re-
missione peccatorum suorum concedit et
confert per se et heredes perpetuam li-
bertatem curtivae quae est circa ecclesiam
S.ti Mauri de Tricano. Ita quod quicun-
que habuerit ibi domum aut collarium
omnino sit liber ab omni exactione
et gravamine secundum ius et usum
curtivae liberae Tricesimali? excepto tamen
quod pro qualibet parte in anteriori par-

te sui cellarii quilibet solvere debeat an_
nuatim in festo S. Mauri unum denari_
um prefate Ecclesie pro suis utilitatibus.
Preterea idem D. Bertoldus statuit forum
feriri annuale in prefata curtina in
die anniversarii consecrationis dicte Eccle_
sie, dans perpetuam libertatem et secu_
ritatem cuilibet persone ad dictum fo_
rum convenienti et si aliquis per
violentiam infra hoc tempus in dicto
foro aliquid amiserit, ipse refidebit
de suo. Iohannes Not. A.C.M.C.

1229 23 Februarii Aquileiae.

Homines de Marano de S. Mauro et
de Castellone vassalli Dominorum Herte_
les et Federici de Castello iuxta con_
ventionem factam inter ipsos Dominos
et Capitulum Aquilejense, in placito ge_
nerali bis in anno debent coram De_
cano et Capitulo Aquilejensi parere iu_
ri facientes et recipientes justitiam
coram eisdem sub pena octo denari_
orum. Predicti autem nobiles sine ali_
qua conditione ripaticum de Scarlino
dimittent et si quas silvas, prata, aut
campos capituli occupaverit, tota illa
terra restituatur Capitulo. Insuper
dicti nobiles assignabunt annuatim
Capitulo redditus annuum mar_

charum. Apparent inter testes Bertoldus Patriarcha Aquilejensis, Henricus Episcopus Bellunensis et alii quamplures

B.C.M.O.

1229 11. martii in civitate Austrie

Bertoldus, Patriarcha investit Buninum de Tollano pro se et tota Communitate Tollani de monte Vralse qui jacet inter Sovrhamberch et Tollanum et a duabus ejus partibus currit quidam rivulus. Iacobus Not. Bellunensis.

1229 11 martii in civitate Austrie.

Bertoldus Patriarcha ad petitionem Wirigardis Abbatisse monasterii S. Marie in Aquileja et sororum ejus, donationes Patriarcharum Aquilejensium predecessorum suorum nempe Popponis, Sigeardi et Wolrici factas eidem monasterio, Patriarchali auctoritate confirmat, statuens ut ea che possident in presenti perpetuo firma et illibata remaneant.

Sequitur longa enumeratio locorum, ecclesiarum et bonorum ad dictum monasterium spectantium de quo sat erit hec verba adnotare: Villas illas quas prefatus Sigeardus Patriarcha concessit et donavit dicto monasterio pro anima sorores sue Ingen.

Secundis nomine, quam etiam in eodem monasterio Abbatissam ordinavit, videlicet Malamzumpdecam, Paustinicum et Belianum cum omnibus earum pertinentiis, et hec Comes Engelbertus donavit et reliquavit eidem Ecclesie Advocatiam de omnibus villis et possessionibus quam habuerat super eodem monasterio pro remedio Beatricis uxoris sue, receptis tamen in contracambio septem mansariis quas prenominata Beatrix predicte ecclesie contulerat quando Religionis habitum ibidem accepit.

In presentia Henrici Episcopi Polensis, Sivardi Episcopi Concordiensis, Maynardi comitis de Goritia et aliorum quamplurium. Ultimo Actum Rome.

1229. 20 Junii. Perusii.

Bertoldum Patriarcham Aquilejensem acriter carpit Gregorius nonus Pontifex eo quod immemor beneficiorum sibi collatorum servivit cum Ecclesie hostibus, ad alios etiam subornandos studium et operam contulerat; eamque ob causam Andream Hungarie regem adiisset dolose declinans judicium a Pontifice hac de causa

ad eum missum, quapropter in vir-
tute obedientie, et sub debito prestiti
ti juramenti ei mandat quatenus
in fide et devotione Apostolice Sedis
inflexibilis perseveret nec prestet
adversariis ecclesie auxilium et fa-
vorem, et specialiter in Pole et
aliarum terrarum suarum portubus,
omnibus in Apuliam transire vo-
lentibus aditum penitus interdicat:
si secus fecerit, eum excommuni-
catum denunciari faciat et per-
jurum. Rubeis 694

1229 4 julii in Civitate Austrie.

Bertoldus Patriarcha investit magi-
strum Walterium scutarium et ejus
heredes in perpetuum de quadam domo
sita in curia Patriarche ante solari-
um Civitatensem, adjecta conditione quod
solvat predicto Patriarche Bertoldo et
ejus successoribus cum primum ad
Patriarchatum venerint duas bonas sel-
las unam palafredi et aliam dex-
trerii. Adest inter testes Conradus
[illegible] copus Tergestinus. [illegible] vol. c.l.c.

1229 3. Decembris Aquilejae

juxta Privilegium ab Ulrico Patriarcha
monasterio Mosacensi olim concessum
Bertoldus Patriarcha vertens ipsorum

Abbatie per Silvam peragentes
a solvenda ibi muta perpetualiter
absolvit. Testis Henricus Episco-
pus Polensis et alii multi. Archiv-
as inst. A. d. u. o.

1230 26 januarii Aquileje.

Maragardis Abbatissa monasterii S. Ma-
rie in Aquileja tale fecit ordinamentum
videlicet quod perpetuo annuatim in
anniversario D. Hermengardis que quon-
dam Hermilina in Castro Goritie appel-
labatur, in sero vigilie et placito can-
tatis propinetur monialibus ejusdem Mo-
nasterii medietas unius metrete veteris
et novi vini. in crastinum autem
quadraginta misse pro anima illius cele-
brentur et pauperibus distribuantur
due urne vini, quatuor staria panis
et unum fabarum in quibus fabis, si
non fuerit jejunium ponatur unus car-
ne sexdecim denariorum, et si fuerit
jejunium ponantur octo libre olei, re-
tento tanto pane et vino quod quili-
libet monialis habeat illa die in
prandio unum panem integrum et
parum vinum. Si pauperes deerunt di-
vidatur quod superest inter moniales equa-
li portione. Preterea emantur moniali-
bus novem denarii carnium et dedan-
dum tota fercula in prandio cum aliis

rebus, et duo in sero ministrentur, et si fuerit jejunium, emantur quadraginta denarii piscium et de eisdem in prandio tria fercula ministrentur. Hec autem omnia comparentur ex redditibus quinque mansorum de Runzina quos Bertoldus Patriarcha et Meynardus senior Comes de Goritia supradicto cenobio contulerunt, et etiam de censu unius domus quam dicta Abbatissa cum denariis supradicte Hermengardis emerat in Aquileja pro quadraginta marchis.

Thomasinus not. A. c. u. c.

1230 .. julii S. Germani.

Fridericus secundus Romanorum Imperator et Hierusalem et Sicilie Rex vult omnibus esse notum quod cum Odda Dux Meranie et Bertoldus ejus frater Patriarcha Aquilejensis conspectui suo se presentassent idem Dux petitionem quam dudum moverat contra dictum Patriarcham pro marchionatu et comitatu Istrie et Carniole quos dictus Patriarcha in feudum pro Aquilejensi sede ab imperio tenebat, revocavit et spontanea sua ac gratuita voluntate remittens in perpetuum eidem Patriarche et Ecclesie Aquilejensi omne jus si quod habebat in eisdem marchionatu et comitatu Istrie

Carniolę. Quod si contra cessionem pre-
dictam per se aut per alios venerit, ca-
dat in penam duarum millium marcha-
rum. Intersunt testes Episcopi varii et
Duces et Principes, nec non multi nobi-
les Alemanię et Forojulii. A.C.u.c.

1230 23 iulii Apud S. Germanum.
Bertoldus Patriarcha Aquilejensis, Ebe-
rardus Archiepiscopus Salzeburgensis
Sifridus Episcopus Ratisbonensis, Leu-
poldus Austrię atque Stirię, Bernar-
dus Karinthię, Otto Meranię Duces et
Principes imperii notificant universis
quod inter Romanam Ecclesiam et
Fridericum Imperatorem et Regem
conventum est quatenus de commu-
ni voluntate tractabitur de inveniend-
da via qualiter cum honore Eccle-
sie ad Imperatorem revertantur ci-
vitates Cajatię et S. Agatę ac omnes
de Regno Sicilię quas Ecclesia in sua
fide recepit et in ejus devotione per-
durant ad quod tractandum datus est
annus, nec terminus sine partium
consensu prorogabitur. Quatuor erunt
arbitri eligendi duo ex una parte et
duo ex alia, qui si concordare non
poterunt, quintus eligatur, et stabitur
dicto majoris partis. Iurat Imperator

quod interim predictas Terras non offendat in rebus nec personis et quę per arbitros statuta fuerint observabit; quod remittat omnem offensam et penam Theutonicis, Lombardis, Tuscis et Sicilię populis et Gallię qui contra eum Ecclesię adheserunt. Relaxabit ac irritas faciet sententias latas et banna hac de causa contra illos, et terras in Ducatu et Marchia ac Patrimonio Ecclesię non invadent nec vastabit.

Iurant suprascripti Principes procurare quod Imperator fideliter predicta servabit aliquin infra prefinitum tempus si ad requisitionem Ecclesię non satisfecerit, aut impedierit quod supradicti Arbitri non eligantur, ipsi contra eum Ecclesię assistent, et si Ecclesia arbitros dare noluerit, aut impedierit ne procedant, nolunt ipsi Principes Iuramento teneri. B. S. D. C.

1230 20 Decembris Cenetę

Iacobinus de Porcilea et Wido ejus filius per eorum Procuratorem significant Alberto Episcopo Cenetensi quod intellexerant illum velle facere fieri duellum sive pugnam; ideo protestant quod cum ipsi sint Advocati Ecclesię Cenetensis ad eos de iure pertinet facere fieri et manutenere dictum duellum sive

nunquam ad honorem Episcopi et Eccle-
siae suae Cenetensis. Respondet Episcopus
quod D. Federicus nec est, nec esse potest
suus Advocatus nam est excommunica-
tus. Quibus dictis Procurator Dominorum
de Porcileis appellat ad D. Papam et Im-
peratorem. Verci 59.60.

1231. 31 Ianuarii Bononiae.

Wolfradus Vicedominus, nomine Bertol-
di Patriarchae, Ecclesiae, et Capituli Aquilejen-
sis contrahit mutuum viginti millium li-
brarum Venetorum parvorum cum socie-
tate civium Senensium et Bononiensium
pro negotiis expediendis et aliis pluribus de-
bitis persolvendis quibus plures personae
dicti Patriarchae, Ecclesiae suae, et Capituli Aqui-
lejensis erant obligatae: promittens infra
annum solvere et restituere praefatis sociis
supradictam pecuniam, et obligans ad hoc
omnia bona, proventus et redditus tam
mundanos quam Ecclesiasticos Patriarchae,
Ecclesiae et Capituli Aquilejensis. c.c.f.c.

1231 5 iunii. in civitate Austriae,

Bertoldus Patriarcha iure recti et legalis
feudi investit Hengelpretum et Varnerium
fratres de Toppo natos q.m Sigifridi de
Ragonea, de castro et villa Toppi cum do-
mibus et turribus, aedificiis et fortaliciis
et omnibus suis pertinentiis tam de mon-

tibus quam in placitis etc. qui jurant servire sibi et successoribus suis cum totum utilitia ad nos contingente contra omnem hominem et personam. Gudelmus vel etc.

1231 .. in Tabi apud Campoformium

Cum habitantes in Aquileja qui possessiones habebant ad censum Aquilejensem nullam potestatem habuissent aliquid in eorum infirmitate aut testamento dandi alicui et dimittendi ideoque ex hoc defectu praedictam civitatem inhabitare nollent et ejus cives fieri noluissent, Bertoldus Patriarcha in generali Termino suo apud Campoformium habito, de consensu et voluntate capituli Aquilejensis, Praelatorum, D. Maynardi Comitis Goritiae et aliorum suorum Advocati et Liberorum et ministerialium ibidem congregatorum statuit ut ipsi cives Aquilejenses eorumque heredes in perpetuum habeant plenum jus et potestatem, possessiones quas habent ad censum Aquilejensem vel deinceps acquisiverint sive in infirmitate sive in sanitate et testamento dandi et dimittendi cui voluerint, salvo jure dominorum eorundem. Rubeis 726.

1231 .. in Sacilo

Bertoldus Patriarcha mandat quod nullus homo de Sacilo seu de Vigonovo ac de

eorum districtu debeat se intromittere aut occupare, nec etiam fodere aut arare terram Communis, et campanee Sacili jacentem inter Sacilum ipsum et Vigonovum. Sed debeant dictam campaneam ubique communiter pascere et pasculare sub pena quinquaginta librarum denariorum Venetorum. Bonomini vol Ixx o

1232 6 Decembris Tibure

Federicus Secundus Romanorum Imperator et Sicilie Rex declarat se predecessorum et Sactam Aquilegensem Ecclesiam diligere tam quia preeminet ecclesiis universis que Romano subsunt Imperio tum etiam propter merita fidelissimi Principis Bertoldi ejusdem Ecclesie Patriarche, unde vult omnibus esse notum sententiatum esse a Principibus in plena curia

I Quod si Patriarcha supradictus in civitatibus suis vel castris, villis et locis aliis ubi habet jurisdictionem ordinaverit aliquid de fori venditione, ratum et immutabile perpetuo habeatur

II Liceat Patriarche bannire et forbannire quolibet in jurisdictione sua.

III Non liceat civitatibus, castellis, villis que subsunt Patriarche, eligere per se Potestates, Consules vel Rectores preter voluntatem ipsius Patriarche.

IV Non liceat alicui civitati, Communitati,

1232 11 Februarii Senogallie

Milo Episcopus Belvacensis Rector marchie Anconitane etc. precipit Jacobo Comiti Senogallie ut de ejus expensis et sine mora plenissimam faciat rationem Stephano Albati Senogalliensi in omni eo in quo jus suum clarum apparet et manifestum per publicum instrumentum vel per testes: in hiis vero quibus jura dicte Ecclesie non essent clara et manifesta comes et Potestas eum audiant et sententias quas inde tulerint mandet executioni, et hoc in pena mille librarum Vitale vol C.I.C

universitati, clerico vel laico ubi D. Patriarcha
habet jurisdictionem intromittere se de Episcopatu
post decessum ipsius Patriarche, vel in aliquibus
rebus ad Episcopatum pertinentibus.

V Nulli liceat tributum, mercatus, forum con-
stituere de novo in dicti Patriarche jurisdictio-
nibus sine voluntate ipsius

VI. Nulli liceat in aquis naves portantibus, vel
aliis fluminibus sine voluntate ipsius constru-
ere molendina

VII Nulli liceat Castaldioni, vel Officiali ma-
numittere debitores vendere aut alienare ve-
neas agros prata, vias vel aliqua que per-
tinent ad eandem sine voluntate ipsius

VIII Veneti non possint ponere terram Pa-
triarche censualem vel aliqui alii non co-
gant homines ipsius sibi facere fidelitatem.

IX Nulli constituto in jurisdictione Patriarche
cujuscumque sit conditionis sive liber si-
ve vassallus sive ministerialis liceat face-
re inspectiones, nec visitationes sine con-
sensu D. Patriarche.

X Nulli liceat in jurisdictione Patriarche de
novo construere civitates, castella et fora
sine voluntate ipsius D. Patriarche. Ro-
manus. vol. [illegible]

1233 1. Junii in Civitate Austrie
Bertoldus Patriarcha et Prepositus Eccle-
sie Civitatensis, nomine Prepositure Civi-

tolensis donat et confert canonicis eque-
dem Ecclesie decimam vini quod colli-
gitur in Tolmino ut cum ea celebrent
annuatim anniversarium pro anima D.
Henrici marchionis fratris sui. C.S.C.

1233. 12 novembris Ferrarie

Ecelinus de Onara non acquiescens sen-
tentie iudicum nec Pontificis excommu-
nicationem nondum rechiverat molendina
et viginti mansos terre quos monaste-
rio Sextensi occupaverat et in sui cor-
dis duritia pertinaciter permanebat id-
circo Gregorius Nonus Pontifex mandat
Episcopis Paduano Vicentino et Trevisa-
no ut per eorum Dioceses sicut ex-
communicatum faciant illum a cunctis
evitare A. V. u. o

1234 24 octobris Tricesimi

in causa vertente inter Wluina-
rum Plebanum Tricesimi et Leonar-
dum Abbatem Rosacensem super Ca-
pella s. Helari de Rinsolis et Capella
s. Bartholomei de Aqua quam Bertol-
dus Patriarcha Johanni Puppetto s
Stephani defirendam commisit, mul-
ti testes ab eodem Abbate producti fue-
runt examinati, in quorum dictis
cum aliqua inutilitenus que memo-
ratu digna visa sunt, hic ducimus
referenda: = Bene recolit de tempore

quo Patriarcha Wodolricus filius comitis Wolfradi captus fuit a Venetis, et reductus furtive de captivitate per suos in uno vase.

Recolit quando Patriarcha Wodolricus fecit destrui castrum Herbordi Peukinstayn et audivit vagitus Mathiae de Saxplumberg quando mortuus fuit

Cum olim R. imperator Romanus predecessor hujus ivit in Lombardiam super Mediolanum quidam D. Bertoldus nobilis homo de Rizzolco ivit ad eundem exercitum et ibi manum amisit, unde post redditum suum de exercitu edificavit capellam S. Helari de Rizzolco super suum proprium. A.C.V.I.C. mortuus est

1233. 28 Februarii. in Civitate Austrie

Henricus de Villalta pretio ofiginta quinque marcarum resignat in manibus D. Maynardi comitis de Goritia Advocatiam quam habebat in villa de Prapot cum omnibus suis juribus et pertinentiis: cumque a manibus dicti Comitis et conventum fuerat inter eos dictam Advocatiam excepisset eam vendidit et concessit Abbatisse et monasterio S. Marie de Civitate Austrie, hoc tamen excepto quod si aliquis in predicta villa maleficium faceret et judicaretur quod perdere debeat membrum vel personam, ipso judicato et sententiato debeat dari et assignari nuntio D. Comitis per Gardgiam

extra villam praedictam de Prapot, qui
de eo tunc faciat suam voluntatem
Ac. n. c
1236 30 Aprilis Viterbii.

Gregorius nonus Pontifex suscipit Ab-
batem et monasterium S. Mariae de Sax-
so sub B. Petri et Apostolicae Sedis protec-
tione mandans ut ibi ante omnia re-
gula S. Benedicti perpetuis temporibus stric-
te observetur; concedens quod bona
quae habent aut quae sunt habituri illis
illibata remaneant: recensitis ad unguem
locis et villis in quibus dictum monaste-
rium habet bona et possessiones aut
quae suae subeunt jurisdictioni. Ad par-
ticularia inde descendens permittit quod
clericos a saeculo fugientes ad conver-
sionem recipiant et retineant. Prohi-
bet ne ullus fratrum post factam in
dicto monasterio professionem transeat
sine licentia Abbatis ad aliud et nisi
arctioris Religionis. Liceat illis etiam
tempore generalis interdicti divina
officia celebrare, sed januis clausis et
campanis non pulsatis. Oleum Sanctum
Consecrationes Altarium, ordinationes
clericorum suscipiant ab Episcopo Dio-
cesano. Infra fines eorum parochiae
sine eorum assensu ac Episcopi Dio-
cesani nemo novam capellam, aut ora-

ferium construat. exactiones indebitas ab ecclesiasticis et secularibus personis ab eis extorquere non liceat. Sepultura ipsius loci et electio novi Abbatis ipsis libera sit. Infra clausuras eorum locorum nemo furtum faciat, ignem apponat, hominem capiat, sanguinem fundat. Omnes libertates et immunitates ac privilegia a Pontificibus concessa, nec non libertates et exemptiones exactionum secularium a Regibus et Principibus indultae confirmantur. Nulli liceat monasterium illud perturbare, possessiones usurpare vexationibus fatigare. Si quis contra has constitutiones venire presumpserit faciem Dei non videat et eius subjaceat ultioni etc.

12·6 6 Augusti in civitate Austriae

D.a Emma cum Paulo suo filio resignant mansum situm in villa de Avarzano spectantem ad magisterium Capellae S. Patriarchae, quem dederant in dotem Conrado Bajano et Albertinae eius uxori, deprecantes ipsum Patriarcham ut dictos jugales de supradicto manso investiret. Annuit Patriarcha salvo quod supradicti jugales teneantur facere officium Capellae in curia Patriarchae, et salvo quod si decederent sine communibus haeredibus supradictus Paulus habeat

mansum illum et officium. Henricus Not. c.l.c.

1237 29 maii Utini

Bertoldus Patriarcha ratas habet et confirmat donationes factas monasterio de Seitz ab Ottocaro Styriae et Leu-poldo Austriae et Stiriae Ducibus. Testis Fridericus Episcopus Concordiensis et alii. Per cod. dipl.

1237 5. Junii in civitate Austriae.

Bertoldus Patriarcha per fimbriam suae tunicae, jure recti et legalis feu-di investit nobiles viros Conradum et Henricum fratres de Sacilo de ca-stro Cavie, apud Sacilum, cum curia integra et villa S. Odorici ultra Liquen-tiam cum edificiis, fortilitiis, mac-nata dominio, garito, juribus etc. pertinentiis tam civilibus quam cri-minalibus ad predictum castrum, curiam et villam spectantibus et pertinentibus. Iurant ipsi fideliter obedire Patriarche et Ecclesie Aquilejensi, et servire cum eorum militia ad eos contingente contra omnem hominem et personam. Gu-lielmus Not. A.m.c.c.

238 3. Aprilis Viterbii.

Bertoldus Patriarcha notum fecerat Gregorio novo Pontifici quod cum Aqui-lejensis Diocesis cives Hungarie

partes per decem dietas et ultra elon-
gabatur non poterat commode visitari
cumque in illis locis propter defectum
pastoralis officii multi sine ecclesiae sa-
cramentis morerebantur et alii non pau-
ci in errores adeo graves versabantur
ut nisi provisum fuerit de eorum sa-
lute, credit merito ~~dubitari~~ dubitari. Verum
erat quod in monasterio de Obrem-
burch ipsi Patriarchae, mediate subjecto
cathedralis crearetur ecclesia vel ad
illud transfereretur ecclesia Petenensis
quae, ut ipse dicebat, adeo erat desolata
quod pauci aut nemo canonicorum in
ea morabantur nec spes ulla dabatur
de ejus reformatione. Pontifex potissimum
Patriarchae propositum dignis laudibus com-
mendaret mandat Episcopo Emonensi
et Electo Tergestino quatenus utrum expe-
diat Aquilejensi Ecclesiae, aut ejus accedat
Capitulum; et de statu praedictae Petenensis
Ecclesiae: et si dictum monasterium ex hoc
servetur indemne, et utrum sufficiens
et idonea provisio futuro Episcopo et
capitulo assignetur ac de universis hu-
jus negotii circumstantiis sollicite in-
quirant et fideliter illi rescribant. R. S. B. C.

1238 ... octobris in obedientia Bernardo[?]
~~Ramelino~~ Alberti de Forojulio e de Wafredo Ca-

1238 3. Aprilis Utini[?]
Bertoldus Patriarcha Ecclesiam S. Laurentii in
Stein, ubi corpus S. Hildegardis quiescit prop-
ter miraculorum insignia quibus eadem Eccle-
sia illis mirabiliter refulsit temporibus a
jurisdictione et potestate concessa ante a Pa-
triarchali Ecclesia monasterio Eberndorfensi,
cum consensu Francquis Praepositi et monachorum, exe-
mit; atque in posterum a solo Patriarcha
in omnibus dependeat etiam quoad se-
cularem potestatem attinet, sancit. Itemque[?]
concessit Plebano Steinensi absolutam po-
testatem praesentandi et confirmandi
duos Presbyteros, quos V. Albertus Comes
de Tyrolis fundavit et ordinavit: utque
singulos colonos praedictae Ecclesiae S. Laurentii
et S. Hildegardis distinere et justificare
valeat. Regesto Meinhardo comite Goritiae
Belluna[?]

tentes feuda ab Ecclesia Aquilejensi, male interpretantes illa verba cum omni jure que in eorum privilegiis legebantur de causis etiam criminalibus et penis judicium sanguinis inferentibus, et de quibusdam aliis que ad merum et mixtum Imperium spectant et ad Principum regalia referuntur se propria auctoritate intromittebant. Quorum temeritati volens Federicus secundus imperator obviare, enervandi Patriarche jura prospiciens et abusivam consuetudinem penitus abolere mandat quod nulli in Foroiulio vel in Histria ex hiis qui habent feuda ab Ecclesia Aquilejensi liceat de cetero de criminalibus causis, furtis, fustigationibus et similibus que ad judicium sanguinis pertinent, vel merum et mixtum imperium sapiunt, cognoscere vel se intromittere sine mandato prefati Patriarche: sed tantum ipse Patriarcha aut ejus Officiales predictam jurisdictionem exerceant.

Si quis contra hujus prohibitionis edictum venire presumpserit eum feudi indignum decernit etc.

1238 18 Novembre Tricani
vide 1228 18 Novembris.

1239 4 Novembris

Raynaldus quondam Episcopus Sittensis et Prior Danielis de Venetiis retulerunt ad Pontificem Gregorium nonum se personaliter visitasse monasterium et de statu ejusdem diligenter inquisivisse nec quemquam in eo invenisse qui circa majora crimina deliquisset. Invenerunt tamen monachos in observantia regularis disciplinae et habitu, Abbatem vero in cura rei familiaris et in correctione fratrum excessisse. Propter quod de consilio Episcopi Concordiensis et aliorum, Abbati qui humiliter in omnibus se parere promisit quod in suo monasterio regularis disciplinae ordinem faciat de cetero observari, pro suo excessu, ajunt, poenam injunxerunt competentem, in monachos vero qui ex invidiae fomite et odio contra Abbatem arroganter insurrexerunt correptionem adhibuimus ut culpae qualitas exigebat. De cetero fatentur falsum esse quod Abbas ejusdem monasterii redditus dilapidavit, cum vero illos suo tempore plurimum ampliavit. ...T.c.

1239 19 novembris Romę

Sperabat Pontifex, ut ipse scribit, fore ut Bertoldus Patriarcha non immemor benefitiorum a Sede Apostolica perceptorum pro ea se opponeret accendentibus ex adverso. At ille Federico dicto imperatori Dei Ecclesie inimico et ab excommunicationis vinculo nodato communicare tam in divinis officiis quam in osculo et in mensa, contemptis Ecclesię clavibus damnabiliter ausus est. Quum igitur esset ut ejus infidelitatis penas lueret, verum pro honore Belę Hungarię et Colomanni Rutenorum Regum nepotum ejus, Pontifex gratiam ei facit ut postquam ad ejus presentiam venerit ab Episcopo Castellano absolvatur ab excommunicationis vinculo quo propter hoc teneri astruebatur. Ughelli.

1240

Maynardus Comes de Savilla pro duabus millibus et quingentis libris venetorum parvorum dat pignori Iohanni Preposito S. Stephani de Aquileja advocatiam, albergarias, curatam et omnia jura que habebat super massariis de Cussignacco, de Pradamano et Terenzano; promittens quod neque per se, nec per alios super predictis bonis et possessionibus aliquid perciperet aut faceret ac ordinaret quodcumque

praedictas duo mille et quingentas libras resti-
tueret: verumtamen si aliquis latro in praedic-
tis villis caperetur et damnatus esset in per-
sona debet dari D. Comiti ad complendam jus-
titiam etc.

1220 30 Novembris Aquileja

Bertoldus Patriarcha confirmavit ordi-
nationem infrascriptam videlicet: si quis
tenetur solvere annuatim in Nativitate
Domini decem denarios pro aliqua te-
nuta ad rectum censum Aquilejensem
et non solvit in dicto termino, tran-
sacto termino, erunt viginti, et te-
netur solvere viginti.

Item si in termino secundi anni
non solverit decem pro censu illi-
us anni, et viginti secundi anni, tran-
sacto termino illius secundi anni, sol-
vere tenentur alios viginti, et ita erunt
quadraginta denarii pro duobus annis.

Item si in termino tertii anni
vel ante quadraginta denarios solverit pro
duobus annis et decem pro tertio an-
no remaneat in ea tenuta ipsius pos-
sessionis.

Si vero non solverit ut supra le-
gitur, perdit tenutam ipsius possessionis
et Dominus eius tenebatur solvere cen-
sum intromittit eam ipse vero quod possi-

Tenutam capi debet a Gastaldione vel Potestate qui erunt pro tempore solvere Domino possessionis decem denarios pro censu primi anni: Item alios decem pro censu secundi anni, et de tertio nihil solvat quia perdit tenutam.

Videtur not. c.Pe

1240 11 Decembris Bononiae.

Gregorius de Montelongo Apostolicae sedis Legatus intellexerat a Bertoldo Patriarcha quod Aquilejensis Ecclesia adeo intemperie aeris erat infecta ut ecclesia ipsa a suis servitoribus deserebatur sicque divinis defraudabatur obsequiis et in temporalibus enormem patiebatur lesionem. Hinc supplicationibus eorum inclinatus qui ad reformationem Ecclesiae diligenter intendebant duxit statuendum quod omnes cujuslibet Praebendae vel Beneficii quae in Ecclesiis civitatis et Dioecesis Aquilejensis quae sunt eorum juris visitationi deinceps vacare contigerit per annum in reformationem hujusmodi convertantur. A.C.U.C.

1241 21 Augusti in Civitate Austriae

Bertoldus Patriarcha renovat et confirmat Privilegium quod Johannes antecessor suus donavit Praeposito et Capitulo ...

1241 6 Iulii.

B. comes Goritiae fecit finem et remissionem Olvradino de Maniaco et Folco de Monteregali de damnis illatis in Castro Montisregalis, quando ipsi ingressi sunt castrum et abstulerunt bona multorum A.C.U.C.

vitalis Austriæ villam de Premariaco et alia bona. Rubeis 293.

1242

Gevardus Episcopus Cenomanensis et Bertoldi Patriarchæ vicarius indulgentiam unius anni concedit illis qui opera aut eleemosynis concurrunt ad restaurationem Ecclesiæ Aquilejensis [illegible]

1242. Februario Foggiæ

Federicus secundus Imperator ut intellexit ex relatione sibi facta per Bertoldum Patriarcham Aquilejensem pontes super Liquentiam fabricatos esse fidelibus suis contrarios et damnosos, et utiles tantum rebellibus Tarvisinis ad faciendum guerras et hostiles incursus contra suos subditos et fideles: attendens labores et iniurias suas dicto Patriarchæ et ... Ecclesiæ Aquilejensis contigit per eosdem rebelles inferri, quin potius volens manum providere rebellibus Tarvisinis qui ex [illegible] nocumenta parabant mandat quatenus ob amorem et devotionem dicti Patriarchæ eidem pontes super Liquentiam penitus diruantur et numquam deinceps reparentur. Verci. 86.

1242 20 Februarii Sacili.

Bertoldus Patriarcha mandat Hermanno et Bertoldo fratribus de Sacillo ministerialibus suis ut integre satisfaciant Herburgæ Abbatissæ et monasterio S. Mariæ de Aquileja de injuriis ei inferentes illatis, et caveant de cetero ab offensis: alioquin contra illos in defensionem dicti monasterii suæ potentiæ brachium extendet.

Philippus Not. [illegible]

1242 28 Junii Sacili

Contra procuratores Communis Sacili dicentes quod omnes debebant venire facere plovicum et waitas in Terra Sacili alii se excusabant dicentes se esse milites et velle in ordine militum consistere adeoque ad opus servile non teneri: alii autem dicebant per Berengarium Vicedominum Patriarchę esse a tali onere absolutos. Producuntur testes qui asserunt illos vidisse et domos suas simul cum eorum conterraneis facere in dicta Terra plovicum et waitas. Isti autem quamquam requisiti nequeunt ostendere absolutionis privilegium: quare per Conradum Potestatem Sacili et judicem in dicto casu sententiatum fuit quod omnes, nemine excepto, faciant plovicum et waitas secundum quod alii sui vicini faciunt et fecerunt.

Bonamicus vol. Cecon. o.

1242 17 Julii Aquilejæ.

Bertoldus Patriarcha mandat quod constitutio pro reformatione Ecclesię Aquilejensis lata a Gregorio de Montelongo Apostolicę Sedis Legato debeat ab omnibus observari, et concedit Decano Aquilejensi

facultatem interdicendi Plebanos et Capellanos si quos dictae constitutioni contrarios invenisset, et servat se ipsum interdictum si in ea parte monacho negligens repertus esset. Rubeis 724.

1242 24 Iulii Utini

Bertoldus Patriarcha notum facit omnibus esse de sua voluntate, quod de cetero Capella S. Quirini de Utino, ubi Conversae commorantur, Plebi de Utino non debeat pertinere, vel ei subjacere, nisi quod ei annuatim unam libram cerae solvere teneatur. Madris. 265.

1243 20 Ianuarii Utini

Bertoldus Patriarcha confirmat terminos et dotem Hospitalis S. Antonii in Parenzana apud Stayn in Carniola.

1243 30 Octobris Aquilejae.

Bertoldus Patriarcha renovat et confirmat quoddam Privilegium per Gothifredum Patriarcham antecessorem suum Monasterio Belinensi concessum et multa jam antiquitate confectum. Adsunt testes Bonacursius Episcopus Emonensis, Paganus electus Parentinus et alii. Rubeis 633.

Item eisdem millesimo, die ac testibus Bertoldus renovat et confirmat Privilegium quod dicto monasterio Go-

[illegible] Patriarcha concessit Rubeis 553.

item eidem millesimo, ille ac testibus.

Bertoldus Patriarcha renovat et confirmat Privilegium quod Peregrinus Patriarcha eidem monasterio concessit. Rubeis 586.

1244 6 iunii. Apud Utinum.

Bertoldus Patriarcha concedit Decano capituli Aquilejensis licentiam et potestatem interdicendi et excommunicandi quoscumque bona dicti capituli maliciose invaserint aut rapuerint, nisi post trinam monitionem de damnis illatis satisfecerint. Testes Otto marchio et alii. Arch. c.

1244 21 decembris. Apud Villacum.

inter Patriarcham Bertoldum et Henricum electum Bambergensem talis convenit compositio videlicet quod Patriarcha cessit omni iure Patronatus in Ecclesia S. Martini [illegible] eidem Electo; et e converso idem Electus cessit eidem Patriarche, omni iure patronatus in Ecclesia de Ottkie. Ecclesiam vero S. Petri concorditer contulerunt Hospitali S. Catharine apud Villacum; salvo tamen et retento quod ius spiritualium et diocesanum in predictis tribus Ecclesiis remaneat Patriarche. Testes Volricus Episcopus Tergestinus et alii.

1244. Ulricus comes de Sternberch concedit in perpetuum Bertoldo Patriarche castrum et provinciam [illegible] Los.

item eodem anno predictus [illegible] comes resignavit Patriarche Bertoldo omne ius suum in castro et predio de Chamtch cum suis pertinentiis, [illegible] dudum comes Gabrielus cum fratre resignavit. [illegible]

1244 28 iunii.

Bernardus de Lavanca Prepositus [illegible] cum fui de Carnea cupiens pacifice [illegible] cum confratribus suis communicationem capituli eidem resignavit specificans eis omnia iura que per clausum annui omnibus simul percipere et consequi debent quantum, ubi, et a quibus.

unde assignavit eis viginti novem sextaria frumenti, quatuor sextaria et sextaria [illegible] milei pisti, et sexdecim [illegible] marcas.

item vinum quod possit consequi a plebanis de [illegible], pro pretio dando [illegible] [illegible], et unam libram piperis quam percipitur in Sclavonia.

item [illegible] quod percipitur in Carnea

item centum et triginta [illegible]

[illegible] et duodecim sextaria siliginis

item viginti agnos, tres [illegible] et quatuor [illegible] quod quilibet Canonicus in parte sua percipiat tres agnos et sex spatulas

item triginta sex [illegible] [illegible] et triginta sex denarios

item duos [illegible], omnia [illegible] [illegible] que consequi possunt, et duodecim denarios pro [illegible] Jacobus Not. Arch. c.

1245 20 ianuarii Apud Sacilum.

Bertoldus Patriarcha donat Capitulo Aquile-
iensi decem marchas monete Aquilejensis de
muta Aquileje annis singulis in festo S. Mar-
tini persolvendas, donec per eum vel Succes-
sores ejus eadem muta fuerit a Capitulo per
certas possessiones vel equivalentem compensa-
tionem redempta. Ita tamen quod propter
anniversarium quod pro collatione unius
militis predictum Capitulum celebrare de-
bet, unam missam pro defunctis in me-
moriam ejus qualibet Septimana celebra-
re teneatur. Testes Federicus Episcopus
Concordiensis, Meynardus Comes Goricie
et alii. [illegible]

Bianchi [illegible] dio et testibus

Bertoldus Patriarcha donat Capitulo Ci-
vitatis Austrie, decem marchas de muta
[illegible] [illegible] annis singulis persolven-
das donec ille aut Successores ejus ean-
dem mutam per aliam equivalentem
compensationem duxerit redimendam.
Ita tamen quod in festo beatorum Mar-
tirum Ermacore et Fortunati unam mis-
sam pro peccatis ejus quoad vixerit in
qualibet Septimana, post obitum vero
Anniversarium in memoriam ejus
celebrare solemniter teneantur. Ru-
beis 718

1245 10 Februarii Lugduni.

Cum ecclesia Civitatensis in medio quasi catulorum exposita et leonum adeo ab eis (tanta) injuriis et rapinis (quod) diminuta in pluribus ~~tamquam~~ irreparabile detrimentum incurreret nisi ad ejusque succurreretur. Pontifex Innocentius quartus precipiens Decani et Capituli ejusdem Ecclesiae, Praepositurum tunc vacantem committit tuendam et gubernandam Bertoldo Patriarchae Aquilejensi. B. A. U. c

1245 10 Februarii Veronae

Vivianus Plebanus Glemonae nuncius et Procurator Bertoldi Patriarchae Aquilejensis postulat a Potestate Veronae consilium et auxilium contra rebelles suos et specialiter contra Bernardum Abbatem S. Mariae in Organo et ejus fautores qui eundem Procuratorem impediebant quominus posset exercere administrationem in Monasterio antedicto juxta mandatum sibi factum a prefato Patriarcha . . c

1245 11. Marii

Maynardus comes de Goritia pro mille libris denariorum venetorum dat pignori Ulrico Mossano, accipienti pro Capitulo Concordiensi, Advocatiam de Rivolto. Marlinus vol. A G u c

1245 21 iulii Lugduni

Cum Propositus et Capitulum Ecclesiae S. Odorici, eo quod eorum Ecclesia videbatur in loco non tuto, supplicassent Pontifici ut ad locum magis securum ejusdem Vicinis nempe in castrum Utini eam transferendi eis licentiam concederet Innocentius quartus Pontifex eorum precibus inclinatus plenam concedit Bertoldo Patriarchae Aquilejensi facultatem annectendi plebem illius castri dictae Praepositurae. R. V. 8 c.

1245 30 iulii Lugduni

Innocentius Papa quartus laudat et confirmat propositum capituli civitatis Austriae quo statuerat ut de quinquagenario Praebendarum numero per Sedem Apostolicam confirmato, proventus unius praebendae erogetur pauperibus, et proventus alterius praebendae in libros et paramenta ejusdem Ecclesiae convertantur. R. V. 8 c.

1246 7 februarii Aquilejae

Precibus Wecellonis Abbatis Beliniensis Bertoldus Patriarcha renovat, confirmat et praecipit ut publice legatur Privilegium quo Engelbertus comes Goritiae recognoscens se injuriam intulisse Beliniensi monasterio

pro anima sua et antecessorum suorum omnem litem quam habebat cum Vitenaro Beliniensis Ecclesie Abbate, de monte quodam apud Cormons et de decimis ejusdem montis cum omni jure et pertinentiis, una cum filio suo Meinardo assentiente quoque filio suo Engelberto, refutavit. Ita quod nec ille nec heredes ejus nullo unquam tempore supra jamdictum montem et decimis ejus movebunt querimoniam. Datum die quinta Septembris anno MCLXXXVI.

Tactis venerationis Bonacursus Episcopus Emonensis et alii. A.C.M.

1216 7 Februarii Aquileie

Wecelo Abbas Beliniensis coram Bertoldo Patriarcha Aquileiensi querelam protulit contra multos qui bona et jura ejus monasterii usurpant aut detinent. et in primis conqueritur:

Bellis de Daino qui eum gravavit in possessionibus ecclesie S Iohannis de Carido indebite usurpando sibi jus Advocatie cum nullum debeat habere.

Item de B. Wongent de Manzano qui ei detinet et ecclesie sue duos mansos in villa de Reydana contra justitiam.

Item de D. Stephano de Cacchonovo qui detinet Advocatiam in bonis ecclesie sue de Malavolo et sibi usurpat contra justitiam.

Item de Dominis Iohanne et Adalperto fratribus de Cucanea qui sibi detinent unum mansum in Bvazzano contra justi-tiam

Item de D. Pregonda de Spegnimberch que ei quasdam decimas detinet in villa de Sub Cavo

Item de D. Maynardo comite de Go-ritia qui sibi usurpat jus Advocatie in bonis ecclesie Beliniensis contra iustitiam.

Item de monte de Cormons quem si-bi violenter detinet idem D. Comes.

Item de Patriarchali Cellerario qui usurpat decimas in quibusdam posses-sionibus ultra Pontem altum

Item de quibusdam civibus Aquile-iensibus qui sibi usurparunt quas-dam possessiones et famulas eiusdem Ecclesie, preiudicium et gravamen.

• Item de Gastaldione de Flamicello qui edificavit molendinum in preiudi-cium eius Ecclesie.

Item de Henrico de Aquilegia et de quibusdam famulis Ecclesie sue, que ceneguit ei fidelitatem et iura.

item de ipso Patriarcha et suis quod
detinent sibi contra justitiam medietatem
cujusdam molendini juxta Marcellanam

item de Capella de Suez quæ contra
justitiam detinetur

item de mirolo q.m Warnerii Selengie
qui unum mansum detinet in flu_
misello contra justitiam

Quibus expositis rogabat Patriarcham
ut sibi de prædictis faceret justitiam exhi_
beri. Patriarcha autem respondit quod
excepto de Capella de Suez, volebat in
jure suo eum exaudire.

• Testis Bonacursus episcopus Concordiensis
et alii A c u c. Hermann not

1246 10 Iunii in porta Sacili

Bertoldus Patriarcha et Hermannus
Abbas Sextensis in tali fuerunt con_
cordio cum Zantuo et aliis mili_
tibus de Lauvenzaga. Patriarcha
dat eis licentiam ædificandi castrum
in villa Lauvenzaghe prope corticem
apud montes ad honorem et utilitatem
Ecclesiæ Aquilejensis et monasterii Sex_
tensis tali autem pacto habito inter
eos nempe quod idem castrum cum
omni jurisdictione et dominio debeat
esse dicti Abbatis et Ecclesiæ Sextensis
in perpetuum, et dicti milites, do_

mes quas fecerint in eodem castro debeant
habere ab Ecclesia Sextensi in feudum ha-
bitantiæ. Dictus vero Abbas debet facere
portam et pontem et domum suam su-
pra portam in dicto Castro et debeat ha-
bere ibi duas custodias et Portenarium,
insuper idem Castrum Patriarchæ et Suc-
cessoribus ejus tam pro werra quam
pro pace, die ac nocte esse debeat ap-
paratum ad [redacted] voluntatem, ipsorum
in perpetuum. Ita tamen quod nec
Patriarcha nec Abbas possint ponere in
dicto castro aliquem habitatorem absque
licentia dictorum militum nec possint
mittere aliquam potestatem nisi unum
de eisdem habitatoribus; et dicti mi-
lites capere non debeant partem
illorum de Camino, nec illorum de
Prata. Hæc pacta tam D. Patriarcha
quam D. Abbas et dicti milites pro-
miserunt ad invicem perpetuo habere
rata et firma sub pœna mille mar-
charum. Bonamicus Not. c. f. c.

1226

Armanus Abb. Sextensis coram
D. Bertoldo Patriarcha exposuit suam
querelam contra Dominos de Laurenza-
go ejus Valvassores significans ei:
quod dicti de Laurenzaga sibi convilesc

et detractionibus reddiderunt quosdam
suos monacos rebelles dicte ecclesie et
contumaces Patriarche, ita quod suasu
et hortatu eorum egressi sunt de mo-
nasterio et iverunt habitare cum D.
Tolberto de Camino.

Item Nicolaus de Prata cum peteret fie-
ri rationem eorum eo ipsi fecerunt ad
rationem eorum D. Tolberto de Camino.

Item Scripta Vicedominarie de quatuor
mille libris que posita fuerunt in
salvamento penes Articum sive Prio-
rem Sexti, dicti Salomoni de Lau-
renzaga ea rapuerunt, et tenent
adhuc nec exhibent rationem.

Item subornaverunt ministeriales Ecclesie
Sextensis et in contemptum ejusdem
eorum feuda tradiderunt D. Tolber-
to de Camino.

Item quamvis eis non liceat in castro
Laurenzaghe recipere inimicos Pa-
triarche ac monasterii Sextensis, ni-
hilominus recipiunt excommuni-
catos ac sumptibus fovent inimicos
Ecclesie Sextensis et potissimum Tol-
bertum de Camino qui manifeste
ei minatur in bonis et persona.

Item cum pro reformatione monasterii Sex-
tensis ipse Abbas esset venerabilis

dicti de Lauvenraga cum rebellibus ecclesie Sextensis conjurationem fecerunt contra ecclesiam Aquilegensem et contra Patriarcham

Item cum esset Venetiis dictus Volrmanus consilium inierunt cum quodam excommunicato ut eum interficerent.

Item cum quendam homicidii reum teneret captivum in Monasterio Sextensi, ipsi nocte miserunt frangere carcerem et murum Monasterii ut ipse captivus de ejus fortia tolleretur.

Item cum esset Porquarolo, die xv. martii pro justitia facienda de dicto captivo, Tolbertus de Camino armata manu venit Marquonam ut exturbaret judicium.

Item cum die vigesima secunda martii ipse Abbas iret Fagliusam tractaturus cum D. Tolberto et in occursum ejus armata manu venerat et eum lederet in persona.

Item fecerunt quod D. Zuvalus de Suavia tradidit domum suam dicto Tolberto de Camino in injuriam et detrimentum non modicum Ecclesie Sextensis quam D. Patriarche

Item cum die Iovis sancti ire deberem
ad monasterium Sextense pro celebrandis
divinis officiis fecerunt quod dictus P.
Tolbertus venerat armata manu obviam
ei ut ejus personam deleret.

Item illi de Lauvenrage simul cum homini-
bus P. Tolberti de Camino nocte primi
diei Iovis de majo combusserunt ma-
lendina, canepas et alias domos de ma-
quana P. Conradi de Varrola et de-
robaverunt massarios Ecclesie Sex-
tensis ita quod damnum ascen-
dit ad centum marchas argenti.

Item Alexandrum de Lessalto illum ipsum
qui Venetiis debebat eum interfi-
cere, habent Capitaneum in Castro
Lauvenraghe.

Item illum ipsum sicarium eorum Ca-
pitaneum die XIV iulii condu-
xerunt in monasterium Sextense,
ubi monasterialibus nimium com-
minando panem et vinum et alia
de monasterio dissipaverunt. Asu c

1246 18 octobris Apud monasterium Sextense.
Artinus Prior et alii monachi rebelles
monasterii Sextensis per eorum pro-
curatorem petunt a P. Hermano Abba-
te ejusdem monasterii quod provideret
illos de expensis et aliis necessariis

Abbas respondet quod dictus Prior et
eius socii non erant de sua volunta-
te nec pro utilitate monasterii Sex-
tensis extra suum Cenobium unde
non tenebatur ipsis providere, ma-
xime cum sint excommunicati. Be-
[illegible]

217 . Ianuarii Apud Parmam

Ob puram fidem et devotionem sin-
ceram quam Guecelus de Prata semper
ei exhibuit, Federicus secundus Ro-
manorum imperator etc. investit eum
de feudo Prate, cum honore comita-
tus, jurisdictione etc. in perpetuum.
Verci 89

1217

Taxatio proventuum Prelaturarum,
Prebendarum et Plebium facta de
mandato D. Bertoldi Patriarche Aqui-
lejensis in Forojulio occasione con-
stitutionis Aquilejensis A.U.C.

1217 16 Martii Bagnarole

In termino vassallorum et Belosma-
norum ecclesie Sextensis per D. Herma-
num in villa Bagnarole celebrato, sen-
tentiatum fuit quod illi qui habebant
feudum a dicta Ecclesia et non
solum ei non serviebant sed in
jurisdictionem alterius dictum feudum

tradere satagebant, si ter admoniti
infra quindecim dies non destiterunt
ab inceptis et servivebunt ut tenetan_
tur, licebat Domino illos personali_
ter detinere, ac de feudo se intro_
mittere - Bilinus not. a.P.c.

1247 22 mai Glemone
Otto comes de Heberstayn cum Fede_
ricus secundus Romanorum Imperator etc
vices suas commisit in toto Ducatu
Austrie, Stirie, et Carniole, promisit
D. Glizojo de Venzone exhibere ra_
tiones et justitie complementum de
universis hominibus permanentibus
in dicto Ducatu contra quos ipse D. Gli_
zojus pro bonis per eos acceptis ho_
minibus ipsius de Lurendorf sive
de Venzone habebit justitiam conqui_
rendi. habit inderere infra quin_
decim dies salvum conductum quo
ipse Glizojus et sui salvi et secu_
ri possint ire stayn et redire
sub pena centum marcharum de
quibus D. Maynardus Comes Goritie
extitit fidejussor. Bernardus not. Aquile

1247 11 Augusti Ante Ecclesiam S Andree
Maynardus Comes de Goritia compe_
suit questionem que, pro quibusdam
possessis vertebatur inter Leonardum

Abbatem Rosacensem et homines de Gramogliano. Caroli not. A. Cu. c.

1247 25 octobris Tricesimo.

Sententia lata per arbitros in causa vertente inter Fortiscum et Artelcum de Tricano ex una parte, et Glirofum et fratres de Melso ex altera pro exactione censuum terrarum de Manzano et ejus pertinentiis et pro dominio et administratione justitiae in eadem terra.

Bernardus not. c. sic

1248 22 februari Moroelis.

Hermannus Abbas Sextensis negat posse obligari ab Episcopo Concordiensi ad solvendum Legatis Apostolicae Sedis eorum procurationem cum ipse et ejus monasterium spectent ad Aquilejensem et non ad Concordiensem Dioecesim, et cum fere modestas quantitatis provisiones quae Episcopo Concordiensi debebat imponi sibi et ejus Monasterio imposita sit, ideo ad Sedem Apostolicam appellat. Martinus Not. Aquae

1248 12 martii Aquilejae

Bertoldus Potwarcka solaris forum quod ubi fundavit bonum statum habere et crescere ad honorem et

servitium Aquilejensis Ecclesie, omnes homines in ipso habitantes, et totum territorium quod est a parte inferiori infra urbis fossatum, et omnes ibidem habitantes, vel qui illuc ad habitandum venerint, modo liberi homines vel ecclesiarum de Terra Forijulii fuerint, ab omni colta et collecta quam imponere eis posset perpetuo absolvit. Burgenses de Utino promittunt et se obligant secundum eorum posse cum personis, equis et armis servire Ecclesie Aquilejensi et Patriarche qui pro tempore fuerint, ubicumque habuerint eos necessarios in terra Forijulii; nec non assistere eorum Vicariis in omnibus quibus poterunt bona fide contra omnem hominem et facere alia servitia que habitatores sui de Civitate Austrie et aliis locis faciunt aut facere consueverunt. Patriarcha promittit dictis burgensibus Utini nihil immutare vel facere de factis et statu loci sine eorum consilio. Inter testes numerantur Odolricus Episcopus Tergestinus, Bonacursius Episcopus Emonensis, et alii plures. Autographum Nob. C. Sic. "

1248 10 Iulii in Plebe Catubrii

Biaquinus de Camino castrum Cava-
loni per Patriarcham destructum et damna
per hoc sibi illata et iniurias remittit ad
voluntatem ejusdem D. Patriarche, sperans
ut de hiis et omnibus benefaciet ei et
reminiscetur de hiis qui occasione ipsi-
us Patriarche sunt extra gratiam ipsius
F. Bischoni Joannes not. F.c.

248 mense

Bertoldus Patriarcha rogat Episcopum et
Capitulum Civitatis Austrie, ut mittant sibi
Scl... quinquaginta operarios cum
badilis, vangis et victualibus per octo
dies ad reparandum munitiones quas in
Taruisini noviter impressi Turrim
Fondulii destruxerunt. C.F.c

1248 15 Augusti Parme

Littere Innocentii Pape quarti misse
ad Gregorium de Montelongo Apostoli-
ce Sedis Legatum et coram ipso Legato
et de mandato ipsius lecte et publi-
cate Parme in festo Assumptionis Bea-
te Marie Virginis.

In prima quarum Pontifex non solum vult
puniendos esse auctores scelerum et
Ecclesie persecutores verum etiam eorum
progeniem: ideoque filios et nepotes id-
brum quond. eidem Federici et matris ejus

postquam in eos promulgata fuit excom-
municationis sententia, prestiterunt au-
xilium, consilium et favorem, privat per-
petuo de omnibus ecclesiasticis benefi-
ciis et prebendis

in secunda. mandat quatenus omnes illos
qui Frederico et filiis ejus postquam sen-
tentiam depositionis imperatoris promul-
gavit hactenus adheserunt publice aut
private, excommunicatos publice nun-
tiet pulsatis campanis, et candelis ac-
censis in diebus dominicis et festivis.

in tertia. Perpetue depositionis et excom-
municationis sententiam promulgat
in Abbates S. Vaccini et de Cannava
Perusinæ Procesis et quosdam alios
Prelatos et Clericos Lombardiæ.

in quarto. Securitates, promissiones
feudorum donationes in prejudicium
fidelium Ecclesiæ factas per Frederi-
cum quondam Imperatorem et ejus
filios aut fautores irritat et nullas
esse declarat, illos qui adhuc adherent
denuo excommunicando

In quinta mandat quatenus prefatum Fre-
dericum, filios et nepotes nominibus
eorum expressis; nec non marchiones,
Barones, Comites, Prelatos etiam et cle-
ricos qui eidem favent aut ad Curiam

eius valeat ipsos excommunicatos de-
nuntiet. Civitates quoque, castra vil-
las et loca dicto Federico adherentia
supponat ecclesiastico interdicto, potesta-
tes iudices et Tabelliones eorum pu-
blicet privatos omni honore, ab of-
ficio omnino deputatos, quibuslibet Sa-
cramentis, excepto baptismate parvulo-
rum et penitentie morientium. Inter-
dicat etiam ut nullus ex fautoribus pre-
fati Federici in Vicarium, seu Potesta-
tem seu ad aliquod aliud aut di-
gnitatem eligi valeat vel assumi. Et quia
Ecelinus de Romano tamquam membrum
diaboli et vasculum iniquitatis con-
tra Ecclesiam ad instar persecutionis
obsequia damnabiliter se devovit con-
tra eundem Ecelinum et fautores
ipsius simili modo procedere non
postponat contra quos omnes in terris
sue legationi subiectis crucem pre-
dicet et faciat illam predicari: si-
gnum crucis adversus predictos assu-
mentibus peccatorum suorum veniam
protectiones et privilegia concessu-
rus que conceduntur Crucesignatis
transfretantibus in subsidium Ter-
re sancte.

1248 25 Octobris. In villa S. Viti.

Bertoldus Patriarcha confirmat et laudat venditionem quam Hermannus Abbas Sextensis pro solutione debitorum sui monasterii fecerat D. Tepertino et Bonaduco Cosseo nepoti suo de Prata de villa Flaminis que dicitur villa famulorum, et molendino posito in eadem villa, et de buscinis et nemoribus et de omnibus juribus et rationibus ejusdem ville. Rodulfus not. A. C. a. r.

1248 ... Decembris Aquileja

Bertoldus Patriarcha obligat Capitulo Aquilejensi ad spatium quatuor annorum omne copulaticum et omne jus copulatici quod videbatur habere jure Patriarchali super bonis predicti Capituli; et hoc pro quinquaginta marchis Aquilejensis monete, quas in usum et utilitatem Aquilejensis Ecclesie convertit. Quod si infra spatium dictorum quatuor annorum moreretur priusquam restituisset Capitulo dictam pecuniam predictum copulaticum et jus copulatici tradit et donat pro anime sue remedio eidem Capitulo nomine pure donationis que dicitur inter vivos. Paulus not. c. P. c.

1249 11 maii Utini

Marchio Estensis, comes S. Bonifacii et civitates Brixie, Mantue et Ferrarie ligam ineuntes cum Bertoldo Patriarcha Aquilejensi per eorum sacramentum promittunt eidem mittere centum cavalcatores propriis expensis usque ad terram ejus ita quod postquam in terra ejus fuerint, ipse teneatur eis providere congrue de expensis, et resarcire damna que facienda werram incurrent; et ipsi versa vice lucrum quod consequi poterunt dividant per medium cum d. Patriarcha. Quod si Ecelinus de Romano equitaverit super terras Patriarche vel super Tarvisium, aut super terras d. Biaquini, dicte Comunitates cum suo exfortio equitabunt supra Veronam et faciant dicto Ecelino vivam werram, nec facient cum eo pacem aut compositionem aliquam sine consensu d. Patriarche. Inter testes qui juramento quod vice Patriarche prestitit Bovingerius ejus Vicedominus, adest Conradus electus Justinopolitanus.

Paulus, not. Venet. Eccl. 185.

1249 2 Novembris Aquilejæ

Henricus Dux Illustris, alemanus natione et de nobili stirpe genitus commorabatur quondam circa flumen Liquentiæ, et pro remedio animæ suæ in Sacilo ad honorem B. Nicolai Episcopi ecclesiam inter fines Diocesis Concordiensis et Cenetensis fundavit multisque bonis dotavit, sperans ibi per subsequens tempus construere oppidum quod magnificentiæ suæ digne responderet. Interim a Romana Curia obtinuit quod dicta Ecclesia B. Nicolai de Sacilo esset Baptesimalis, haberet cemeterium et populum sibi subiectum quantum munitiones et villæ circumstantes caperent, ita tamen quod dicta Ecclesia cum quibusdam aliis auctoritate summi Pontificis Aquilejensi Ecclesiæ esset in omnibus supposita. Hæc omnia postquam Bertoldus exposuisset in privilegio quod Anno Plebano de Sacilo concessit, mandat ei quatenus exemptiones, honores et jura omnia dictæ Ecclesiæ manuteneat inviolabiliter et tueatur

1249 13 Novembris

Bertoldus Patriarcha concedit Adal-

rrico de Cucanea facultatem aedifi-
candi castrum vel munitionem seu
quidquid voluerit in colle qui dicitur
Rodingerius sito supter castrum Cu-
canee &c

1249 16 Decembris Aquileie

Volcherus Patriarcha Hospitale quoddam
jam pridem fundaverat prope stratam
Aquileie adnectens ei Ecclesiam de
Caumarcho et illam alia bona et
privilegia dederat terram illi circa-
te ad a [illegible] quae illo tempore erat
deserta et numquam utiliter ab ali-
quo habitata apta latronibus et pre-
donibus qui inter nemora et palu-
des ibidem latitantes homines fre-
quenter Aquileiam venientes et inde
recedentes spoliabant et interficiebant
sicque fugatis latronibus predictum
Hospitale ad viatorum securitatem
nec non ad stratae custodiam ibi-
dem erexit in eo locans viros spi-
rituales tam clericos quam laicos
Deo servitores qui novellae structurae
insurgerent et de reparatione stratae
curam gererent

multi ex Christianis qui circa haec
tempora in transmarinas partes tran-
sierant in Saracenorum carceribus

captivi detinebantur, de quorum tormentis ac nuditate miseratus idem Volcherus tantum fecit ut tandem obtinuerit a Serafontino Rege quod libere et secure mitterentur dictis captivis elemosinarum consolationes. Hec fuit dicti Volcheri in fundatione prefati Hospitalis principalis intentio, scilicet ut postquam per agriculturam, per vias erogationes bonorum hominum et alia adjuvamina predictum hospitale cresceret et prosperaret quidquid supra victum et vestitum stratequé reparationem in eo superabundaret in subsidium et solamen dictorum captivorum converteretur. Hinc illud exinde aliis etiam concessionibus auxit et ditavit, inter quas donavit ecclesiam S. Michaelis supra Castrum et ripam et villam de Alosiz.

Nunc vero Bertoldus Patriarcha eius predecessoris sequens vestigia addidit eidem Hospitali pro reparatione dicte strate duas marchas et mandat quod quidquid superasset de expensis in eorum victu et vestitu erogatis, converteretur equidem in alimoniam et substentationem dictorum captivorum; et si superveniente impedimento deferri illis non possent

aut captivi non invenirentur, con-
vertatur in alimoniam et substenta-
tionem aliorum pauperum, prout dis-
cretioni Rectoris ... Hospitalis vi-
debitur

Testes ... nominantur Bonacur-
sius ... Simonenis, et Iohannes
... ... et alii quamplures

de...

1250 30 Ianuarii, in civitate Austrie.

Iohannes de Lucanea Potestas Civi-
tatis Austrie dixit D. Ulrico Vicede-
cano capituli quod Communitas Civi-
tatis postulabat a Capitulo auxilium
ad munitionem civitatis non ratio-
ne aliqua sed gratia tantum, et sal-
vis privilegiis et iure quolibet cle-
ricali et statuto facto inter dictum
commune et capitulum per ipsum
Bertoldum Patriarcham firmato. Ad
que idem D. Vicedecanus respondit
quod postquam civitati necessitas im-
minebat, pro bono ejus statu et con-
servatione, salvis juribus predictis,
Capitulum dabit quatuor marchas
Aquilejensis monete ...

1250 ...

Bertoldus Patriarcha cum pro negotiis
Ecclesie universalis et sue, esset in magno

necessitatis articulo constitutus et pro
solvendis militibus et aliis necessita-
tibus pecunia plurimum indigeret,
vendidit cum consensu Capituli Aquile-
jensis pro quadraginta quatuor mar-
chis Aquilejensis monete Abbatisse Ci-
vitatensi tres mansos in villa de
Sdraina cum omni eorum jure
excepto judicio sanguinis contra-
dus [illegible] etc.

1250

Ex inventario rerum quas olim emi
aut fieri curavit Iacobus Abbas Moca-
censis excerpsimus nonnulla quę ut ad
usus aut mores illorum temporis [illegible]
[illegible] videntur sic duximus hic transcri-
benda. = Quatuor Tabulę cum imagini-
bus existentes ante altaria. Altariolum
unum viaticum circumdatum argento,,
= Scrinus ligneus super quo stat ima-
go Iesu Christi,, = Orologium,, = Unum
Missale, unum Nocturnale unum Anti-
phonarium, unum Psalterium, unum Epi-
stolarium. Vitę Patrum, vita S. Galli; Ser-
mones et vita Bernardi, liber sermo-
num, liber Theotonicus dictus Wallsougast.,,
= Cum duo coopertoria purpurea existen-
tia in Capella S. Marię Magdalenę quorum
unum portabat serum cum ipsa equita-

bat et reliquum remanebat in Altari,,
= Fecit fieri cortinam que in Quadrage-
sima suspenditur in Sancta Sanctorum,,
= Fecit fieri tres ycones [illegible],,
[illegible] tectum ne scandala que pos-
sent sufficere ad cooperiendam Ecclesiam
et totum claustrum ,, = A tempore quo fac-
tus est Prelatus usque ad diem qua cessit
pro collis [illegible] Patriarcha Bertoldo mil-
le centum et quinquaginta libras vene-
torum parvorum ,, = fecit fieri ostiarium
[illegible] calefaciunt fratres et familia
quia vetus ostiarium erat penitus pe-
trefactum ,, = fecit fieri tres camisias pro
processionalis ,, Fecit tam Pictori quam [illegible]-
ratori [illegible] tres marchas
excepto vino et [illegible]

1250 [illegible] marti Aquileie

Attendens merita Henrici q.^m Thomasii
de S. Daniele nec non Bartholomei, Matthei
et Concadelli fratrum suorum, Bertoldus
Patriarcha ~~iure antiqui feudi~~ et nomi-
ne irrevocabilis donationis dat eis Pa-
latium suum et fratam S. Danielis
cum [illegible] terris cultis et incultis
tam in monte quam in plano, prout
iure antiqui feudi [illegible]. Dictus
vero Henricus nomine suo et fratrum
[illegible] quod semper erunt fideles et
suis subditi, et omnia observabunt que

de iure observare tenentur et facere
alii feudatarii et vasalli. Cadulus de
Portulatianae vol. X m. ccc.

1250 4 iulii in civitate Austriae

Opera machinationibus, consilio et fa-
vore Raimondi Praepositi S. Petri de Car-
nia et Rizzardi Plebani de Fagagna et
cetum
ac parentum suorum, castrum Faga-
nae fuit inimicis Ecclesiae traditum.
Idem quoque Rizzardus tanto non con-
tentus excessu castrum de Brazzacho
tradi predictis Ecclesiae inimicis pro-
curavit. Et in itinere perficiendi opus
hujusmodi nefandum ab Ecclesiae fi-
delibus captus extitit et in carcere man-
cipatus. Propter quod, ne tantus ex-
cessus maneat impunitus, Bertol-
dus Patriarcha auctoritate Papae et
propria ipsos ab omni officio amove-
vit. Testes Bonacursius Episcopus Emo-
nensis et alii quamplures. C. F. C.

1250 8 iulii in civitate Austriae

Bertoldus Patriarcha proponens rele-
vare defectum prebendarum in statutis
Ecclesiae quae adeo sunt tenues et exi-
les quod de ipsis non possunt ejusdem
Ecclesiae Canonici commode sustentari, de
gratia speciali Capitulo memorato con-
tulit Plebem de Fagagna tunc vacantem

secundum quod Rinardus eandem hacte-
nus habuit et possedit, et D. Wolricum
Vicedecanum ecclesie Civitatensis reci-
pientem vice et nomine ipsius Capituli
de dicta Plebe cum una libra pipe-
ris [illegible] [illegible] Episcopus
Cenetensis testes et alii etc.

250 2 Augusti [illegible]

Rodolphus Abbas monasterii fontis S.
Marie juxta Landestrat supplicavit
devote D. Bertoldo Patriarche quod
cum Bernardus illustris Dux Carinthie
ob salutem et remedium anime sue et parentum
suorum dictum monasterium fun-
dasset eumque de multis redditibus
et bonis dotasset et inter alia de
quibusdam Decimis quas ab Aquile-
jensi Ecclesia obtinuerat ad rectum
et rectum feudum ipsam donationem
ratam habere et confirmare digna-
retur. Qui D. Patriarcha inspecta Reli-
gione Abbatis et conventus reverentia
in Ecclesiam Aquilejensem, nec non
erga felic. Ducis devotione dignis lau-
dibus in Domino commendanda
omnes donationes seu collationes
Decimarum quas idem Dux ab
ecclesia Aquilejensi dudum obtinuit ab pre-
dicto Abbati et conventui donavit con-

conferendas, ratas habuit ac de certa
scientia confirmavit Zubi

1250 ..., Septembris Stein.

Bertoldus Patriarcha et Ulricus fil.
us Bernardi Ducis Karinthie fal'ter
inter se concordarunt

I Patriarcha dabit et assignabit Agneti
nepti suae et uxori predicti U. Ulrici
jus suum in castro Wisselbarch et
Mengersburch et tam ipsa Agnes quam
consors ejus Ulricus renuntiaverunt
omni juri Foroiulie quod se ha-
bere dicebant in bonis et hominibus
ecclesie Aquilejensis pertinentibus ad
castra Wardeneck, Liechtenberch et Wi-
lech nec sibi de cetero aliquod juris
dicunt super ipsis vindicaverint, et si
prefatus U. Ulricus ante proximum
venturum festum s. Michaelis de-
derit sibi auxilium contra May-
nardum comitem Goritie et suos
complices werram sibi Patriarche
tunc moventes, quod idem Patri-
archa facere promisit etiam si
interim pacem faceret cum dicto
Comite aut, quod absit, decederet.

II U. Ulricus a converso data fide ad
manus Patriarche juravit quod quamdiu
vixerit astabit contra omnes inimicos

et adversus Patriarche hostes viribus, excep-
tis duntaxat patre suo Bernardo Duce
Karinthie, et Philippo eius fratre electo
Salzeburgensi; et ante dictam factam
s[illegible] in partibus Foroiulii compa-
rebit cum centum armatis ad minus et
morabitur [illegible] Patriarche nec
recedet de dicta terra, nec [illegible] eius sex-
viri sine eius licentia. Quod si infra dic-
tum terminum iusto impedimento
detentus, personaliter non veniret, mit-
teret tamen [illegible] promissum
auxilium

III. Promisit insuper dictus [illegible] quod cum
Foroiulium intraverit contraheret et
[illegible] mutuam confederationem perpe-
tuo duraturam cum Ecclesia Aquileiensi
et eius ministerialibus iuxta consi-
lium et voluntatem Patriarche.

IV. Patriarcha promisit [illegible] Ulrico ferre
auxilium contra Comitem Gorithie et
contra [illegible] alios quibus [illegible]
[illegible] de voluntate [illegible], [illegible]
[illegible] moverit praeter [illegible] quod
contra [illegible] et ministeriales Ec-
clesie Bambergensis et Nicolaum de
[illegible]. Verumtamen si tam ipse
[illegible] Patriarcha quam idem [illegible] Ulricus ab
aliquo inimico [illegible] super venien-
tes [illegible] debent sibi mutuum
auxilium [illegible] Philippus Electus Sal-
zeburgensis [illegible]

1251

Bertoldus Patriarcha Aquilejensis pie ac devote pro remedio animae suae et parentum suorum libere dat, confert et donat Ecclesiae Aquilejensi castrum de Vinduzzuals cum foro et productu toto in perpetuum quod suum erat cum omnibus aliis locis ad ipsam Provinciam spectantibus tam in proprietate, quam in possessione. c.t.c.

1251 23 Maii

Bertoldus Patriarcha obiit in Domino qui vixit in Patriarchatu annis viginti tribus, Dedit etiam capitulo annuatim de muta Aquilejensi viginti marchas undecim ~~vero~~ [illegible] specialiter ad hoc ut festum S. Helisabeth utdoque solemniter celebraretur et predicta marcha dividatur inter Canonicos et Mansionarios qui interfuerint Officio Reliquae vero marchae decem sint ad mensam Fratrum _ et sic ~~[illegible]~~ et [illegible] fiat in Anniversario suo, sicut in festo S. Helisabeth et jacet in corpore Ecclesiae inter valvas. ~~[illegible]~~ Rubeis 720

1252 24 Aprilis Aquileja

Gregorius Patriarcha cum anulo quem habebat in manibus investivit de suis feudis Soldout de loco et castro Zalis et juxta formam antiquarum consuetudinum Conradum q.m Suarderli

1252 13. Januarii

Gregorius Patriarcha Aquilejensis, qui fuit de Montelongo, venit Aquilejam die decimo tertio Januarii sub anno Domini MCCLII Chronicon [illegible] Rubeis

de Zeiracco cum omni honore, domi-
nio, comitatu et jurisdictione.

Ugolinus [illegible] not. [illegible]

1252 30 Apr. [illegible] in civitate [illegible]

[illegible] annum et [illegible] non
petant investituram feudi
In magna curia Francorum et Dele-

mannorum [illegible] Papiensis
sententiatum est quod dominus ad quem
pertinet investitura per annum et di-
em [illegible] feudi [illegible]
ipsius et per annum [illegible]
sic teneat [illegible] audiat [illegible]
[illegible] investitionem [illegible]
[illegible] investituram feudi pe-
tere [illegible] prescaber
inter annum et diem, dominus feudi
[illegible] tenutam habeat ipsius cum toto
usufructu ejusdem et ipsum teneat et
possideat. [illegible]

1252 12 [illegible] apud fontanam Cavdevati
[illegible] Olchiv[illegible] Vormeni[illegible] et [illegible]
fili d[illegible] Conradi de [illegible] dicimentes ab
Ecclesia Sextensi cujus erant vassalli de-
derunt se Tolberto de Camino; et pluries
vocati ad faciendam eorum excusa-
tionem, non comparuerunt, unde in vas-
sallis et [illegible] dicte ecclesie san-
[illegible] fuit predictos [illegible] de omni
proprio et feudo et omnibus mobilibus
et immobilibus suis [illegible], in banno.

D. Abbatis Sextensis in personis et rebus, eorumque rebus pronunciandos esse viduas et eorum filios orphanos. A.C.U.C.

1252 25 iunii Glemone

Ex dictis plurimorum testium colligitur quod ius pascuandi in collibus Glemone a Rivo Albo usque Glemonam non ad homines de Avenrono sed spectabat ad illos de Glemona propter quod frequens inter eos erat contentio; et quod castrum de Grossumberch apud quod magna surgebat silva, conditum fuerat a comite Tyrolis et exinde una cum silva destructum a Communi Glemone cum auxilio Domini Terre. Bianchi vol. A.C.U.C.

1252 29 novembris Perusii

Capitulum Aquileiense supplicavit Pontifici ut cum Prepositura eius ecclesie inutilis existeret circumstantiis concederet quod de ipsa Prepositura creare possent Canonicam assignando ei annuatim quinque de duodecim marchis argenti quas Prepositus percipere consueverat reservatis aliis mense Capituli Postorea quod vasalli Prepositure acciperent de cetero feuda a Decano et Capitulo eis prestent iuramentum, et si opus

rerum atque mercimonia prole decrevit feuda ad mensam ipsam devolvantur. Pontifex in ista petitione mandat Gregorio Patriarchae quatenus si hoc fore utile cognoverit faciat quod sua circumspectio viderit expedire etc

1252. 1 Decembris Perusii

Monasterium Abbatis [illegible] tanto premebatur aere alieno debitorum quod nisi per celere remedium succurreretur timendum esset quod usurarum vorago eius substantiam penitus absorberet. Innocentius quartus Pontifex hoc cognito committit Gregorio Patriarchae quatenus aliquibus monachis eiusdem monasterii per ecclesias sue jurisdictioni subjectas collocatis ac eorum cuilibet assignata de bonis dicti monasterii pro sua sustentatione congrua portione, universos eos redditibus et proventibus ejusdem monasterii colligi faciat diligenter in solutione debitorum ejus convertendos
A S V c

1253 14 Februarii

Gregorius Patriarcha investit D. Federicum et D. Fabricium de Civitate de Comitatu quem eorum pater et antecessores habuerunt a domo Aquilejensi Ecclesiae

1253 26 Maii Tergesti

Odoricus Episcopus Tergestinus propter magnas expensas quas fecerat in obtinenda

trixie ad petitionem et mandatum d. Ber-
toldi q^m Patriarche Aquilejensis et in eun-
do cum eodem Patriarcha Lugdunum ad
concilium generale et in Lumbardiam, Stiri-
am et Hungariam nec non propter gra-
ves collectas et provisiones sibi ac sue Ecclesie a d. Oc-
taviano Cardinali et a d. Gregorio de Mon-
telongo Apostolice Sedis Legatis et aliam
propter quovis damna et expensas quas
sustinuerat propter guerram habitam
inter dictum Patriarcham Aquilejensem
et d. Meinhardum comitem Goritie et
eorum complices cum magno ope me-
rum onere debitorum et ejus Ecclesia
esset in desolatione maxima et ruina,
dedit [illegible]didit et concessit in perpetuum
titulo venditionis pro [illegible] marchis
denariorum Consulibus et Communi Ter-
gesti jus collecte vini et [illegible], jus
[illegible] et pellipariorum, jus Appella-
tionum, jus [illegible], jus condemna-
tionum etc. etc. Adulphus et Lazza-
rus Notarii. A.C.V.O.

1253 [illegible] Augusti in Civitate Austrie

Cum propter duriorum [illegible]
dam subtractionem [illegible]
et propter malitiam ac negligentiam
officialium suorum multa damna
perpessa esset Ecclesia Civitatensis

atque inter eos et Capitulum contrac-
tus et discordie et scandala suscitaren-
tur, Gregorius Patriarcha et Rainaldus
Decanus Civitatensis procurator nomine
eius capituli, utilitatibus jam dicte Eccle-
sie et omnium quieti providere sa-
lubriter intendentes concordaverunt
simul et composuerunt sub infrascripto
modo

I. Prepositi de cetero in Capitulo Civita-
tensi esse non debeant et Prepositure
dignitas vel eius nomine sit penitus ex-
tincta.

II Patriarcha tamquam Diocesanus ha-
beat plebem de Tulmino cum mansis,
decimis et iuribus ad eam spectanti-
bus.

III Habeat et possideat villam de Ossellano,
et mansos in Slemona et Antula et do-
mum Prepositure situm in Civitate

IV Collatio Custodie et Scolastrie conferen-
dis de cetero devoluta canonicis exis-
tentibus Patriarche nec non confirmatio ca-
nonicorum.

V Habeat capitulum quidquid de iure et ca-
sus prepositus consuevit de plebanatu Tul-
mini et partem beneficii et prosecutionem
S. Marie de monte concedendam ... repa-
ratione laudi, laborum et officiorum

VI. Collatio, institutio et destitutio Capellanorum
necessitorum intus et extra Civitatem spec-
tant ad [Decanum et] Capitulum

VII Decimas ceterarum Villarum, bona et
possessiones in villis circum positis et
nominatim expressis, molendina in Vila-
tisca, campos sitos apud S. Pantaleem
in plebatu Tarcenti, in villa Segna-
ci, et quidquid Praepositus habebat in
tota Carnea dicti Decanus et Capi-
tulum in perpetuum possideant.

VIII Feuda jam illa a Praeposito con-
cessa, si vassalli decesserint, sine
heredibus ad Capitulum devenient.

IX. Famuli Praepositurae eorum uxor-
cant ministeria et officia concessa
eidem Capitulo, atque illi censum
solvant quod in terris et mansis
remanserint. [in de Rupe a vit] Rubeis 740

1253 7. Septembris. Prope Aquaedam.

Aynzo, Hendricus et Varnerius fra-
tres de Lavant pro se, eorum con-
sanguineis, consortibus et amicis e-
orum partem sequentibus inivere pacem
et concordiam Canetto de Osopio vol-
lica D. Patriarche in Carnea et Canon-
do ejus fratri et parentibus et amicis
et omnibus illis qui fuerunt ad ca-
piendum [ipsum] Varnerium et ei arma

equos et res, alios abstulerant et quos se-
. vit ac servierit A.C.C.O

1254 III Aprilis Venetiis

Cum inter Raynerium Zenum Du-
cem Venetiarum et D. Gregorium Pa-
triarcham Aquileiam discordia diu ex-
titisset dictus Patriarcha, revocatus
Venetiis cum eodem domino Duce
et Commune Venetiarum ad pacem
et concordiam devenit et inter ip-
sos factum et firmatum fuit pac-
tum et concordium in tali forma:

I Omnes Veneti in Ducatu Patriar-
chatus Aquilejensis erunt salvi et
securi in rebus et personis, et si
aliquis de dicto Patriarchatu violen-
tiam vel damnum fecerit in mare
alicui homini de Venetiis a portu
Gradus ad portum Primarii, Patriar-
cha solvat infra triginta dies dam-
num illatum si aliter non poterit,
de camera propria.

II Dux habeat suum Vicedominum
in Terra Aquilejae qui faciat ra-
tionem et iustitiam a cuius sen-
tentia si aliquis non Venetus
appellare voluerit, appellet ad
D. Ducem. Si vero Veneti starent
in judicio coram Advocato Ecclesie

Aquilejensis, aut coram Comite Foriiulii appellant si volunt ad Patriarcham.

III. Nullus homo nisi Venetus jure potest testimonium contra Venetos secundum usum et consuetudinem Curiæ Ducalis.

IV. Postulant quod homo aliquis sine contradictione possint accipere et apportare de Aquileja Venetias tantam blavam, quæ sibi et familiæ suæ est sufficiens; nec possint ab aliquo de Foroiulio pignorari. ¶

V. Veneti cambiantes salem, sepas et allium pro aliqua blava, portent eam quocumque voluerint.

VI. Si casu aliquo Veneti expellendi essent a Patriarcha, aut a Duca revocarentur, Patriarcha tenetur dare eis plenam securitatem tam de personis quam in rebus infra portum Basilicæ, et Primarii.

VII. Vicedominus Ducis in Aquileja habeat quadragesimum de duabus stationibus; et ad percipiendas suas utilitates utatur stationibus propriis, mensuris et vibo. De domo sua non solvat aliquod datium, veruntamen fraudem non committat.

VIII. Omnes onera per Venetos facta in districtu Patriarchatus permaneant per communem reservata D. Duci pena sanguinis.

IX. Veneti non solvant in Patriarchatu ullum datium, excepta Muta; solvant tamen casaticum [illegible] et fictum secundum usum Terre Aquilegie.

X. De violentiis et maleficiis factis Venetis in Patriarchatu tam per particulares quam per extraneos Patriarcha Venetis rationem et justitiam exhibebit.

XI. Patriarcha dabit quotannis de Cellario suo duodecim panes quorum quilibet sit valor sextarii et duodecim porcos, et mittet eos usque ad palatium D. Ducis.

XII. De damnis illatis Venetis per illos de Ivata et de Pirculais Patriarcha non tenetur ad satisfactionem eam sibi illi extra suam gratiam dabit tamen auxilium et juvamen sicut conveniens et decens fuerit ut Veneti eorum satisfactionem consequantur. De damnis autem quae facta de Ivata et de Pirculais post quam D. Patriarcha anno ... et quaedam

adepti erant, Venetis inferrent, Patri-
archa teneatur facere de his sicut
ac aliis sui Patriarchatus.

XIII. Patriarcha faciat Comitem Goritie
Advocatum Ecclesie Aquilegiensis
iurare ~~hec~~ omnia attendere et
observare que sui Predecessores si-
militer iuraverunt

XIV Permittat Patriarcha portari de par-
tibus Forijulii Venetias frumentum, le-
gumina, bladum et res alias sine
contradictione, et datia inventa super
sale, ferro, sagia et aliis mercatio-
nibus imposita in preiudicium Vene-
torum tollat et in omnibus anti-
quam consuetudinem observabit .

XV. De Raubariis factis super Venetos
tempore Predecessorum suorum faciat
Patriarcha rationem et justitie com-
plementum; et ipsemet respondeat
de his que facte fuerunt postea-
quam D. Dux mandavit Venetis ut
exirent de Forojulio: salvis prerogat-
ivis concessis a Duce super bonis
Patriarchatus

XVI Unus de militibus civis Fori-
julii residens Aquilegie compleat ra-
tionem de debitis et aliis petitioni-
bus quas fecerint Veneti super
hominibus Patriarchatus

XVII. Homines de Grado habebunt in dis-
tricta Patriarchatus rationes omnes
quas habere solebant juxta antiquam
consuetudinem.

XVIII. Dux concedit de gratia quod Patriar-
cha omni anno mille et quingentas
amphoras vini et quinquaginta me-
dios grani possit conducere de Canipa
sua et monasteriorum suorum de
Istria ad partes Aquilejae

XIX. Item concedit quod sal portetur
ad partes Forijulii sicut portabatur
temporibus retroactis solvendo scili-
cet libras decem denariorum Vene-
torum pro centenario modiis salis pro
datio et introitu. si vero sal quod
transfertur ad Portum Romatini et
portum Latisane portaretur Patriarcham
stet in arbitrio dicti D. Ducis statuere
quale datium inde sit recipiendum.

XX. Idem concedit, ut militibus clericis
et dominabus de Forojulio quod au-
feratur datium de pannis quos de
Venetiis acceperint pro faciendis vestibus

XXI. Item remittit datia innovata, quae
imposita fuerant in praejudicium ho-
minum Patriarchatus Aquilejensis, vo-
lens quod super hoc antiqua consue-
tudo debeat observari.

Actum in sala majoris consilii, ipso majore consilio congregato.

Testes pro Patriarcha fuerunt Castellanus episcopus Torcellanus et Ravennas electus cenetensis et insuper Bevangevius Vespertinus Storus de Utino vicarius de Lupico scriptor Peregrinus et Paulettus capellani D. Patriarche, et nobiles viri DD. Henricus de Castellonio Hermanus de Povers et Johannes de Cucanea

Pro D. Duce nobiles viri DD. Marcus Zeno, Andreas Mauro Nicolaus Quirinus Petrus Lodovicus Barbaromeus Barbaro, Philippus Stoulanus, Philippus Ortavanus, Johannes Trivisanus Andreas Delphinus, Thomas Mauroceno Johannes Michaelis et Henricus Fuscharenus.

Joh. de Lupico Not. c.c.f.c.

1321 6 junii ultim

Gregorius Patriarcha respondit Henrico Fuscarano et Marco Quirino Ambaxiatoribus Communis Venetiarum quod paratus erat juxta secundum antiquam consuetudinem, et secundum quod ordinatum fuerat Venetiis per D. Ducem et Consilium; deinde D. Guarnerius de Porto habita ejus pa-

valoia juravit in animam ipsius D. Patri-
arche omnia capitula in suprascripto
instrumento contenta firma et rata ha-
bere et tenere et non contrafacere
aliqua ratione que dici posset. Actum
inter partes [illegible] [illegible] [illegible]

Abiniechus not. &c.

254 [illegible] [illegible] in [illegible] s. Antonii de Portunaone.
Gravamondus comes Goritie [illegible] et [illegible]
duorum millium librarum [illegible] par-
vorum [illegible] vendidit et investivit
ad [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
ne [illegible] [illegible] dominationes quas
[illegible] [illegible] (ac possidet) scilicet de villa Por-
tunaonis et in Ravalia [illegible] dedit ei
[illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] de dictis domina-
tionibus et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] facto [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] in dictis do-
minationibus debeat eam dare D. Co-
miti per [illegible] et si [illegible] ali-
quid de dictis dominationibus [illegible]
[illegible] comes ei satisfacere debeat &c.

1254 26 iunii in civitate Austrie
Iohannes de Brayda (Brida) gastaldio civitatis
guadiavit nobili viro D. Henrico de
[illegible] satisfacere de violentia per
eum sibi illata super possessione

fori S. Quirini reddita eidem per D. Patriarcham: et pro eodem D. Iohanne extitit fideiussor idem D. Patriarcha dicens quod secure daret quatenus dicto D. Henrico nam nolebat quod violentia ei facta per Gastaldionem suum deberet eidem D. Henrico in posterum praeiudicium aliquod generare. c. °o.

1254 26 iunii Venzone.

Valerius Capitaneus Glemone ex parte D. Patriarche petiit a D. Glizojo de Melio si verum esset an non quod homines de Venzone facerent ibidem forum vendendo et emendo cum forenisibus in grosso propter quod iura terrarum et fororum D. Patriarche minuebantur et non modicum praeiudicium afferebant. Cui D. Glizojus respondit: quod postquam D. Patriarcha inhibuit sibi ne faceret ~~[illegible]~~ ibidem forum huiusmodi nesciebat quod aliquis de hominibus suis fecisset ibidem forum aliquod alio modo quam quo ordinatum sibi fuerat, immo sciebat quod ipse iniunxerat eis quod forum non facerent in Venzono nisi eo modo quo Patriarcha ordinaverat.

Mar. Cell°. c.

1254 16 Septembris Utini

Attendens grata et accepta servitia que Henricus et Raudolphus fratres de Villalta praestiterunt sibi et Ecclesie Aquilejensi, Gregorius Patriarcha ad rectum et legale feudum investit eos de feudo ministerii et de toto proprio sitis in territorio villarum de Fagagna et de Laurana, ita tamen quod dicti fratres possint illud servitium quod exhibebant illi qui dictum feudum ministerii habuerant. Inter testes Zanperlus Clactus canonicus et Federicus de Colmalio Sarnardio Utini. In ms Lapidus vol. o

1255 10 Februarii Laterani

Alexander IV Pontifex mandat Primicerio Ecclesie S. Marci de Venetiis quatenus componat discordias existentes inter nonnullos Cives Aquilejenses et canonicos dicte Ecclesie qui super domibus et aliis rebus invicem injuriabantur. ACU o

1255 7 Martii in Civitate Austrie

Gregorius Patriarcha vendidit quibusdam mercatoribus Senensibus veterem et novam Mutam Cluse a Kalendis Junii proxime venturi ad duos annos pro sexcentis marchis

monete Aquilejensis quas dictus D. Patriarcha confessus est se recepisse et in solutionem debitorum et utilitatem suae Ecclesiae conversas fuisse. Io. de Engl. co Not. A.c.u.c

1255 3 martii Neapoli

Alexander IV Pontifex cum intellexisset Ecclesiam Aquilejensem adeo esse Canonicorum multitudine oneratam et praebendas eorum adeo tenues et exiles ut propter quotidianas distributiones vix tres marchas argenti annuatim quisque perciperet mandavit Gregorio Patriarche quatenus praebendas decedentium in communes usus converteret nec permitteret in loco eorum aliquem surrogari ita quod Capitulum ad talem numerum Canonicorum reduceretur quod quisque eorum ex redditibus dicti Capituli possit commode sustentari. Ughelli

255 10 martii in Civitate Austrie,

Gregorius Patriarcha investit Craisonum Castellanum de Gorz de redditibus quatuor marcharum ad usum curie in mansis sitis in Lincke et in Slanz olim obligatis eidem pro viginti marchis denariorum monete Gorizensis per nobilem virum D. Othonem

de Traberch capitaneum contrate de

roaz, hac tamen conditione quod

vacillato pretio mansi superaddito in

utilitatem ecclesię Aquilejensis conver-

tantur. Io. de Lagsco Not. 70

1255 17 Aprilis Premariaci

Mainardus comes Goritię dum staret

in colloquio cum D Patriarcha in quo-

dam prato prope villam Premariaci

requisitus [illegible] a nobilibus viris D

Jacobo Navagero et D Marino Ba-

doario Ambaxatoribus D Ducis et

Communis Venetiarum ut jurare de-

beret pacem factam et firmatam in-

ter D Patriarcham Aquilejensem et

D Ducem Venetiarum dictus D comes

juravit ad sancta Dei evangelia atten-

dere et observare dictam pacem in

omnibus et per omnia

Presentibus D Patriarcha D Rugero

Olacto canchusi, Pevenspacis Preposito

S Odorici de Utino Viapreino de [illegible]

nodura et multis aliis Io de Lagsi-

co Not. C. C. 7.C

1255 22 Aprilis in civitate Austrię

Johannes de Poscla Gastaldio et Con-

silium civitatis Austrię rogaverunt Capi-

tulum dictę civitatis quod ipsi ad

auxilium manutenendi et defensionis sea-

praeditę civitatis parcerent aliquos ma-

quitas et eis darent singulariter victualia quilibet secundum suam facultatem. Canonici autem responderunt quod ipsi libenter auxilium darent munitioni et deffensioni predicte Civitatis sed de grata tantum, non de iure. Et Gastaldio et Consilium de hoc contenti magnas egerunt gratias Decano et Capitulo de bona responsione. Anselmus Not. A.C.U.C.

1255. 30 Aprilis Neapoli

Alexander IV Pontifex confirmat immunitates et privilegia concessa ab eius Predecessoribus Monasterio et monialibus S. Marie de Aquileja. A.V.D.C.

1255 ~~April~~ 3 Maii Neapoli

Alexander IV Pontifex laudat et confirmat concessionem iuris cudendi monetam usque ad duos annos factam a Gregorio Patriarcha quibusdam civibus Senensium pro certa pecunie quantitate. A.C.U.C.

1255 7. Maii in Civitate Austrie

Patriarcha Gregorius volens Communi Iustinopoli ad preces eius Ambaxiatorum gratiam facere specialem concessit eisdem ut in eorum Potestatem quemcumque voluerint pro anno presenti recipere valeant et habere. Ja. de Lupico Not. A.C.U.C.

1255 19 Octobris in [illegible] Tuimeti

G. Roza [illegible] [illegible] malo modo et
violenter acceperat G.° Albaticq de Civitate
et rusticis suis de Ampez boves [illegible]
agnos gallinas et multa alia bona et
insuper domos et hospitia eorum suam
plantas per se et suos fregerat. Quare
in iudicium adductus coram Sacristia
[illegible] [illegible] in defensionem sui dictus
G. Roza asserebat quod si aliquid fecerat
et acceperat dictis rusticis rationabiliter
fecerat et acceperat quia habebat Ad-
vocatiam super eorum mansis. Audi-
tis rationibus(?) Testibus apparuit coram nobis
illud omne quod dicebatur de violentiis
et damnis dictis rusticis G.° Albaticq
de Ampez illatis per eundem G. Roza-
nem et quod super eorum mansis non
aliam habebat Advocatiam nisi quam
volebat habere eo quod Sacristia G. Alba-
ticq de Ampez ei quodam tempore
donaverat unum agnum. Ad hec G. Ro-
za rogavit ut darent sibi inducias quin-
decim dierum quia volebat vendere [illegible]
tatem coram G.° Albaticq et satisfacere sibi
de violentia et ablatis predictis ad eius
voluntatem. Quas inducias Sacristia sibi de-
dit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1256 14 Ianuarii Aquileiæ

Gregorius Patriarcha credens quasdam de-
cimas centrarum [illegible] de Iure per-
tinere ad Aquilejensem Ecclesiam eas
[illegible] fecit et accepit [illegible] cum
recognovisset dictas decimas pertinere ad
monasterium Rosaciense, eas in manibus
D. Leonardi Abbatis dicti monasterii li-
beraliter restituavit. Io. de Lupico Not. [illegible]

1256 7 Februarii Aquilejæ

Decanus capituli Aquilejensis pro bo-
no statu Terræ, et hominum de Ma-
rano concedit eis de gratia speciali
et pro presenti anno ut reveventur
per consules [illegible] Not. [illegible]

1255 4 Martii.

Gregorius Patriarcha ratificat in-
vestituram factam per Patriarcham
[illegible] de Spilimbergo et Asquino
Bertoldum de [illegible] de toto feudo et pro-
prio quod fuit [illegible] de [illegible]
vacca possidente Aquilejensis Ec-
clesiæ. Io. de Lupico Not. [illegible]

1256 22 Maii

Locatio mensurarum, ponderis stateræ,
ac Rotuli in Civitate Aquileiæ, excep-
tis mensuris vini, [illegible] [illegible] [illegible]
chorum. ad duos annos. Io. de Lu-
pico Not. [illegible]

1256 11 Iulii Anagniae

indulgentia centum dierum concessa ab
Alexandro quarto Pontifice in festivitatibus
S. Francisci, S. Antonii, et S. Clarae virgi-
nis usque ad octo dies sequentes omnibus
vere poenitentibus et confessis qui visita-
verint Ecclesiam fratrum minorum civi-
tatis Austriae. A. D. C. O.

1256 3 Augusti Utini

Gregorius Patriarcha de gratia speciali in-
vestit Candidottum de Tricesimo ad rectum
et legale feudum de omnibus bonis quae
D. Detalmus de Caviacho forbannitus Eccle-
siae Aquilejensis habebat in villa de Bu-
tegnano. Io. de Lupico. C. U. C.

1256 3. Augusti Utini

Gregorius Patriarcha investit ad rectum
et legale feudum Petrum de Attems de
redditibus octo marcharum ad usum curiae
quos habebat praedictus D. Detalmus de Cava-
viacho in villa de Cussavola et de Pra-
didis. Io. de Lupico Not. A. C. U. C.

1256 3. Augusti Utini

Gregorius Patriarcha investit ad rectum
et legale feudum D. Albertum Vicedomi-
num et D. Federicum de Colmalicio Gas-
taldionem Utini de omnibus bonis quae
habebat praedictus Detalmus de Cavriaco in

villa de Pozzuolo et eius adiacentiis. Io.
de Lupico Not. A.C.U.C.

1256 18 Augusti in civitate Austrie

Gregorius Patriarcha mandat quatenus libri Decretorum q.m magistri Marsilii Canonici Utinensis, post eius decessum ad eandem Ecclesiam pervenire debeat in eius utilitatibus deputandus. A.C.C.O.

1256 23 Augusti. in mota de Cavorata.

Gregorius Patriarcha investit ad rectum et legale feudum D. Federicum de Castello de toto feudo et iuribus ad illud spectantibus quod D. Vitalinus de Cavoriaco habebat in villis de Pozzecho de Funiquano et de Antiquano. Gandolfus de Marano Not. A.C.U.C.

1256 21 Octobris.

Conceditur quod homines de Portogruaro eligant Potestatem et confirmatur per D. Episcopum Concordiensem.

1256 21 Octobris. in civitate Austrie

Gregorius Patriarcha pro anime suae ac successorum remedio concedit Capitulo Aquilejensi Decimam de Lauco quam D. Otto et Peregrinus de Castello in manibus eius resignaverunt
A.C.C.O.

1257 22. ianuarii . in Castagnaria

Albertus Abbas Sextensis investit ad feudum Habitantes iuxta suam terram Forijulii et domus Aquilegie de toto podere quod dictum monasterium habebat in Varcis et illis confinibus d. Varnerum de Montereali qui infeudavit et dedit dicto d. Abbati ius quod habebat in quatuor urnas vini, quatuor staria frumenti et totidem milii et sorgi. Martinus not. c c x c.

1257 iii februarii in Castello Antrie

Gregorius Patriarcha cum Candevla Bona investit Artuicum et Gabrielem de Pavilleis de sua ratione Comitatus et de suo rationabili feudo quod sui Antecessores habuerunt ab ecclesia Aquilejensi. Marcus not. c. l. c.

1257 4 martii ante Zuinum

Rodulfus de Turre super iniuriis et offensis multipliciter illatis d. Patriarche, et specialiter de captione nobilis viri d. Landonis de Montelongo iurat stare mandatis d. Patriarche

* inter testes Rogerinus canonicus Cividatensis et Girardus et Rizzardus de Camino et de Lupico not. A. c. l. c.

1257 10 martii

Renunciato loci Sanosenche in collibus ad construendum ibi quemdam locum et

licentia data Cononi de Mirabellano.

Jo. de Lupico not. Aclonae.

1257 31 martii. in Civitate Austrie.

Monaci Monasterii Mosacensis frequentant P. Patriarche eorum querimoniam et delationis contra Jocellinum eorum Abbatem Jo. de Lupico not. A.C.U.C.

1257 2 Aprilis Tergesti.

Arlongus Episcopus Tergestinus investit Consules et Communem Tergesti feudi et jus illud quod ipsi habent de rationibus, venditionibus et honoribus quas vocitant dicta Civitatis, Episcopus concessit eisdem jure recti et legalis feudi, dicens ets idem D. Arlongus: Ego investio vobis illud jus quod habetis, et illud jus quod non habetis non investio. Laurentius not. A.C.U.O.

1257 12 junii in Civitate Austrie.

D. Aynz de Strassau et D. Cono de Moruzzo de voluntate D. Patriarche conveniunt dare se in divisione filiorum servi de Marsata. Julianus not. C.C.F.C.

1257 24 octobris

Cum pro communi defensione ac statu totius terre Foriiulii ordinatum esset ac firmatum ut construeretur quoddam Castrum in Contrata Valvasonis in loco qui dicitur Sedeam,

Henricus de Villalta, Rizzardus de Camino et plures alii nobiles de Forojulio dati fidejussoribus obligant se dare omnes milites et pedites ad eorum expensas pro custodia dicti castri ad unum annum. Jo. de Lapide nob. C.C.F.C.

1257 4 novembris in Civitate Austriae.

D. Albertus Cenetensis electus et D. Gregorii Patriarchae Aquilejensis vicedominus committit Johanni Longo de Civitate custodiam castri Cormons ad beneplacitum D. Patriarchae; qui Johannes praestitit fidelitatis juramentum promittens quod si forte D. Patriarcha esset sublatus de medio aut interfectus quod tunc consignabit ipsius castri custodiam Communi Civitatis Austriae. Jo. de Lapide A.C.U.C.

1257 6 novembris Utini.

Canonici Bellunenses et Feltrenses volentes eorum Ecclesiam de futuro providere Pastore unanimiter compromiserunt in D. Johanninum Archidiaconum Feltrensem et in Nicolaum de Lapide Feltrensem et Martinum Bellunensem Canonicos qui unanimiter et concorditer elegerunt D. Adalgerium de Villalta in praedictae Feltrensis et Bellunensis ecclesiae Episcopum. Jo. de Lapide nob. A.C.U.C.

1257 18 Novembris ultimi

Wecello Abbas mosacensis investit
ad rectum feudum D. Rodulfum de Sa-
borniano de quinque mansis sitis in
villa de Bagnaria et de uno pane
subtiliorum. Magnardus not. A.c.u.c.

1258 10 ianuarii

Investitura D. Adalgerii de
Villalta, electi Feltrensis et Bel-
lunensis de jure regalie cum
tribus vexillis Bellunensis Eccle-
siae. Io. de Lupico not. Bellunas.

1258 18 Martii

Refutatio D. Pauli de Partinsta-
ium partis suae Camerariae quam
habebat in feudum ab Ecclesia Aqui-
lejensi, et investita fuit D. Johan-
ni de Cucanea, fratri suo et ne-
potibus. Io. de Lupico not. Bellunas.

1258 19. martii in civitate Austria.

Gregorius Patriarcha marchio Istriae
et Carniolae concedit hominibus et
Communi de Montona facultatem eli-
gendi pro anno sequenti in Potesta-
tem Montonae quem velint, confir-
mans electionem per eos jam fac-
tam. Io. de Lupico not. A.c.u.c.

1258 22 Aprilis in Civitate Austriae

De omnibus litibus et questionibus

vertentibus inter eos Procuratores Commu-
nis Paduani et procuratores communis mon-
tone compromittuntur in D. Gregorium Pa-
triarcham Aquilegensem eumque eligunt
in communem arbitrum et amicabilem
compositorem. Io. de Lupico Not. A.C.a.c.

1258. 1°. maii. In civitate Austrie

Albertus canetensis Electus et vicedomi-
nus Patriarche praecipit nomine D. Pa-
triarche Potestati Paduani et marico mon-
tone, ut ipsi et eorum communitates ser-
vent inter se firmam treugam usque
ad futurum festum S. Petri ita quod
non offendantur invicem in personis nec
in rebus Io. de Lupico Not. A.c.a.c.

1258 15 maii Utini

Odoricus q.m Otacri de Albans ad rectum
et legale feudum vendit D. Federico Castal-
dioni Utini sextam partem totius Ad-
vocatie et placiti Armanie de villa
Capriolis Henricus de Artanea Not. Actorum.

1258 11. Iunii Utini.

Iohannes de Haydemberch pro dam-
nis et iniuriis illatis D. Patriarche, pro-
mittit solvere sibi centum marchas, hoc
tamen addito quod si illi de Flaspergh
et alii tenentes de contrata illa possent
ostendere quod dicta damna illata fue-
runt D. Patriarche ad inductionem ip-
sius Iohannis et ipse primo fuit ca-
pitaneus ad faciendum dicta damna

..um D. Patriarcha possit ab eis debi-
tam satisfactionem repetere et reci-
pere. Jo. de Lupico not. A.c.a.c

1258 7 junii Utini.

Attendens grata devotionis obsequia
que D. Conettus de Ocaplo Sactaldis Cav-
nee sibi et Ecclesie Aquilegensi lau-
dabiliter exhibuit, D. Gregorius Patriar-
cha investit eum de toto eo, excep-
to colle et monte Castri de Invillino
quod D. Vicelmus de Cavoracho et ejus
nonnata olim habuerant in villa In-
villini et territorio ejusdem cum sil-
vis, pratis, campis, pascuis etc. ad
rectum et legale feudum, non tamen
de Advocatia si quam dictus D. Vichel-
mus habuerat in ipsa villa. Jo. de
Lupico not. A.c.a.c

1258 7. junii. in Civitate Austrie.

Wintherus de Pisino construi face-
volebat
ret castrum de Golonych; ideo ob-
ligat et tradit D. Patriarche villas
S. Viti, Adowach, et Postech, quas
habuerat ad rectum et legale feudum
ab Ecclesia Aquilegensi, ita tamen
quod dicte ville remaneant D. Patri-
arche si ipse Wintherus infra quinde-
cim dies postquam opus inceperit

non faceret voluntatem D. Patriarchę de destruendo aut non destruendo castrum prędictum: Jo. de Lupico not. A.C.U.C

1258 13 iunii. in Civitate Austrię

Gregorius Patriarcha componit dissidia quę vertebantur inter Commune Paventis et Commune Montonę demando hoc et illud ad solvendam quamdam pecunię summam quę reficeretur damna hinc inde illata. Jo. de Lup. A.C.U.C

1258 22 iunii Viterbii

Episcopus Castellanus de mandato Pontificis contra Ulricum Ducem Karinthię propter damna et injurias multiformes Ecclesię Aquilejensi et Patriarchę irrogatas, occupando castrum de Werdeneck et quędam alia castra et possessiones et bona, sententiam excommunicationis jam diu promulgaverat; nunc vero Alexander IV. Pontifex considerans quod idem Dux legitime citatus non comparuerat ad se excusandum nec satisfactionem congruentem exhibuerat et eadem castra et bona, in grave prejudicium dictę Ecclesię tenebat adhuc occupata, mandat Priori S. Georgii in Alga quatenus eundem Ducem et omnes ei adherentes nunciat publice excommunicatos et ejus

Terras ecclesiasticas suppositas Interdicto.
Io. de Lupico Nob. A.C.U.C.

1258. 22. Iunii Viterbii

Alexander IV Pontifex mandat Priori S. Georgii in Alega quatenus per censuram ecclesiasticam compellat Meynardum et fratrem ejus Comites Goritiæ, Henricum de Villalta, Asquinum de Varmo et quosdam laicos Aquilejenses, Castellani et Tergestinæ civitatum ad restituendum quasdam possessiones et res alias ad Patriarchalem mensam spectantes, quas titulo pignoris detinebant occupatas.
Io. de Lupico Nob. A.C.U.C.

1258. 8. julii Utini.

Conradus et Rodolfus de Savorgnano renunciaverunt in manibus D. Patriarchæ Gregorii castrum et villam inferiorem de Flambro cum omnibus juribus pertinentibus ad castrum et villam prædictam quod et quam ipsi habebant ab Ecclesia Aquilejensi ad rectum et legale feudum, et insuper totum illud quod habebant in villa de Isernich et pertinentiis ejus. item renunciaverunt et dederunt in manibus dicti D. Patriarchæ totum illud quod habebant in dominicali in eadem villa de Flambro et in terri

torto ejus cum omni suo jure atque cum om-
nibus adjacentiis et pertinentiis eorundem. tali
quidem pacto et conditione quod pro feudis
predictis D. Patriarcha dare[t] eodem fratribus
ducentas libras, et pro dominicali dare[t]
concambium juxta dictum D. Johannis de Cu-
cania et D. Petri de Albens. Jo. de Lupi-
co Not. A.C.U.C.

1258 8. iulii in Civitate Austrie

Gregorius Patriarcha in presentia quam-
plurium nobilium de Forojulio dixit
Asquino de Varmo: Propter servitia
grata et accepta que tu, Asquine, im-
pendisti nobis et Ecclesie Aquilejensi
nos diligimus te, et habemus in vo-
luntate facere tibi, tanquam utili ser-
vitori et bono Ecclesie Aquilejensis et
nostro que tibi debeant complacere.
sed, licet te diligamus toto corde, no-
lumus te pati ad faciendum illud
per quod essemus vituperati nos et
Ecclesia nostra. Tu habes tecum Hen-
ricum de Artenia proditorem nos-
trum et ecclesie Aquilejensis qui ban-
nitus est banno nostro et Terre
duplici banno. tenes etiam tecum
Petrum de Faganea qui est malefac-
tor et publicus robator strate. mal-

ri etiam de Forojulio conquesti sunt nobis
quod tu eis bona eorum abstulisti et
fecisti de ipsis tuae beneplacitum volun-
tatis; unde mandamus et praecipimus
tibi expresse in eo quod nobis teneris,
quod Henricum praedictum de Artenia
tamquam proditorem nostrum et dupli-
cium in manibus nostris debeat consignare et [illegible] praedictum
ci banno ligatum, de Terra tua usque
ad festum S. Michaelis proximum et
pro ipso non faciat damnum homini-
bus Ecclesiae nostrae: et damna quae in-
tulisti hominibus Terrae qui conquesti
sunt nobis de te, de ipsis debeas re-
sarcire vel totaliter concordare cum
ipsis ita quod inde justas non audiamus
querelas.„ Et dictus D. Arquinus respondit:
Domine, Henricum de Artenea mecum
non teneo quia in Istria est, sed si
eum mecum haberem, darem vobis ip-
sum ad beneplacitum vestrum, sed ip-
sum ammodo mecum non tenebo nec
ei dabo consilium vel auxilium et hoc
promitto vobis in eo quod teneor vobis,
quod si contra fecerem, faciatis de me
et de meis bonis secundum beneplacitum
vestrum. De Palea vero de Fagunea vobis
taliter respondeo quod si facit contra ali-
quem, volo operari quod satisfaciat con-

querentibus, et pro injuriis vobis illatis,
si quis intulit faciam ut veniat ad
pedes vestros et veniam petat miseri-
cordiam, et vos faciatis de eo quod pla-
cet vobis. De rebus vero quas dicitis
me hominibus Terre abstulisse tali modo
satisfaciam quod nulla inde coram vo-
bis justa querimonia deponatur. Jo. ...
de Lupico Not. c. P. C.

1258 15. Julii. in Civitate Austriae

Gregorius Patriarcha concedit Consilio et
communi de Mugla facultatem eligendi
sibi pro venturo anno quem vellent
in Potestatem, et electionem per eos in-
de factam confirmat. Jo. de Lupico A. G. ...

1258 25 Julii in Civitate Austriae

Gregorius Patriarcha intendens specialis
favoris commodo Raynaldum Decanum
Civitatensem et ejus Capellanum propter
laudabilem morum honestatem, litteraturae
scientiam et alia probitatis merita ho-
norare, Archidiaconatum Carnee vacan-
tem per mortem Pauli Archidiacon., ei-
dem Decano recomendat. Jo. de Lupico A. C. U. C.

1258 ... Augusti. in Civitate Austriae

Cum Henricus de Antonia Canonicus es-
set, Johannes de Prampergh qui quoddam
feudum ab ejus domo habeerat et super

hoc cum multi inquietabant petit per laudamentum Curie, judicari in quo statu remanere ipse debeat; et per pares Curie responsum et fuit quod donec contentio que tunc agitabatur de proprietate feudi definiretur et ipse scire posset a quo dictum feudum recipere deberet, pacifice remaneat in ejusdem feudi posses_sione. Io. de Lupico not. A.c.u.e.

1258 11 Septembris in civitate Austrie
Procuratorium D. Patriarche ad re_cipiendum a Commune Pole duo millia librarum denariorum parvo_rum. Io. de Lupico not. A.c.u.e.

1258 12 Septembris
Gregorius Patriarcha dat potestatem et licentiam hominibus quibuscumque sive fuerint liberi seu ad quamvis Ecclesiam pertinentes construendi et edificandi domos in loco sibi assigna_to in Terra sua de Tulmetio ubi forum constituerat. A.c.u.e.

1258 10 Octobris Utini
Cum D. Bertoldus de Camuraco contra honorem D. Gregorii Patriarche, favo_rem dedisset Ecelino de Romano, et illis de Parte Ecclesie Romane

ae Aquilejensis infidelibus et damna intole-
rabilia et enormes injurias irrogaverat, et
tandem in manibus dicti D. Patriarche ab-
soluto cum omnibus suis bonis se de-
disset, ut de predictis bonis et de ejus
persona idem D. Patriarcha faceret juxta
sue beneplacitum voluntatis. Dictus D.
Patriarcha considerans quod nobilis vir
D. Lando de Montelongo ejus nepos
pro servitio Ecclesie Aquilejensis non
parcens persone sue periculo et re-
rum suarum dispendium contra in-
fideles ejusdem Ecclesie laudabiliter
exercuit vires suas, ipsum D. Lan-
donem de castro et villa de Mar-
rano que fuerunt quondam dicti
D. Belalmi de Caminaco et nunc erant
in fortia et potencia sua cum om-
nibus bonis spectantibus ad castrum
et villam predictam ad rectum et
legale feudum manu propria in-
vestivit. fe de Lapice not. ...

1254 10 Octobris Utini

. Gregorius Patriarcha dedit concessit
et investivit D.ne Garbrandi uxori quon-
dam D. Belalmi de Caminaco pro dote
contra facta, et morgincap suis et
pro aliis omnibus ad ipsam domi-

nam jure matrimonii spectantibus, qua-
draginta marchas Aquilejensis monete in
reddititibus ad usum curiae in locis qui
fuerunt praedicti q.m D. Natalini in Tar-
cento et Zulio. ic Lup c.c.f.c.

1259 31. Julii. in Civitate Austriae
D. Albertus Concordiensis electus D. Pa-
triarchae Vicedominus mandat homini-
bus et Communi de Mugla sub pena
mille librarum Venetorum parvorum
ut hinc ad diem martis proximum
mittant ad D. Patriarcham duodecim
homines meliores ex illis qui in-
terfuerunt captioni et morti Symo-
nis medici, et specialiter illos ad
quos spectat ipsum negotium. ic.
de Lupico Vol. A.C.a.c

1259 9. Octobris. in campanea de Bassano.
D. Gregorius Patriarcha Aquilejensis
et D. Guido de monte Flojano Potestas
Paduae promittunt hominibus et Co-
muni de Bassano manutenere et
defendere dictum Comune in omni-
bus locis, possessionibus et jurisdictio-
nibus tam mobilibus quam immo-
bilibus quas Domini Ecelinus et
Albericus de Romano habebant in
Bassano et ejus districtu, et dare

speram quod Potestas et Commune Vincentie faciant illud idem et quod de cetero homines de Bassano sint assicurati in personis et rebus. Rugerius not. Verci Eccl. 41.

1259 12 novembris

Almericus de Sacilo villicus D. Patriarche in S. Paulo intromittit terras, mansus, possessiones, decimas, advocatias, nemora etc in villa S. Pauli S. Georgii, de Radis et de Medulo, nec non castrum curie de Medadis et castrum de Mussa, que omnia, ut ipse asserebat, D. Ecelinus de Romano habuerat quondam in feudum ab Ecclesia Aquilejensi et que, post ejus mortem de jure devenerant ad Dominum suum Patriarcham ab ejus Ecclesiam Verci. 297

1259 17 Decembris.

Concessio fodendi argentum, aurum et similia medietatis cujus montis in quacumque parte Patriarchatus, salvando Patriarche octavam partem. Io. de Lupico not. Bellonus.

1259 17 Decembris in civitate Austrie, Cum per testes probatum fuisset quod avus Bernardi de Brada Castellionis de Antro et Cawici ejus fratris

Gastaldiones Civitatis fuerat in Curia q.m D. Gottfredi Patriarchae Aquilejensis pro coco magistro et habebatur pro milite ab omnibus et fungebatur honore militari: per Pares Curiae sententiatum fuit quod et ipsi Wernardus et Janes habebant manum feudi et poterant si vellent fieri milites, inter testes Adalgerius Episcopus Feltrensis et Bellunensis, Warlongus episcopus Tergestinus, Conradus Episcopus Iustinopolitanus, Albertus electus Cenetensis, nec non Biaquinus et Wecello de Camino, Lando de Montelongo nepos D. Patriarchae, et alii quam plures. io. de Lupico Not. A.C.U.e

1260 28 iannuarii

Gregorius Patriarcha emit precio mille ducentarum librarum Venetorum parvorum ab Almerico q.m D. Vidotti de S. Georgio tres partes castri S. Georgii siti super aquam de Layme cum omni iure ipsius aquae de Layme versus civitatem Emoniae et versus castrum Castelliondi cum dominio, honore, iurisdictione etc. et D. Patriarcha eidem obligavit villam de Sbrena et Malarapenta casu quo non daret sibi

piscariam in terminis. ic. de Cap. Utin. Bellonus.

1260 6. martii Aquilejæ.

Asquinus Decanus et Canonici Aquilejenses promittunt servare diminutionem limitationem numeri Canonicorum usque ad viginti quatuor factam in eorum Capitulo per B. Gregorium Patriarcham auctoritate Sedis Apostolicæ. A.C.U. 8.

1260 28. maii

Gregorius Patriarcha locat peculam in omnibus canalibus Patriarchatus supra Flamonam pro marchis denariorum sexaginta. Bellonus. Lupic.

1260 23 junii. in Civitate Austriæ

Gregorius Patriarcha vocatis ad suam præsentiam Prelatis communitatibus civitatum, liberis et ministerialibus Terræ Forijulii proponit coram eis quod Domini de Prata volebant venire ad gratiam suam dando sibi castrum et locum S. Steni, et villam inferiorem Corbeloni et ab inde usque ad mare, et Turrim et Lativanum cum pertinentiis et juribus eorundem, et insuper sex millia librarum Venetorum parvorum. Quare ipsi sibi consulerent quid super hoc videbatur

eidem. Tunc omnes, nullo contradicen-
te dederunt eidem D. Patriarchae ple-
num arbitrium et liberam potestatem
recipiendi dictos Dominos de Prata ad
gratiam suam secundum quod supe-
rius est expressum et juxta Ipsius D. Pa-
triarchae beneplacitum voluntatis. ex
Capitu. C.7.C.

1260 26 junii in Civitate Austriae

Gregorius Patriarcha petit per laudem
Curiae judicari postquam datum erat
ei plenum arbitrium et libera potestas
faciendi, ordinandi et disponendi de
negotio Dominorum de Prata prout
sibi placeret et videretur melius expe-
dire, si posset. ipsos Dominos de Prata
recipere ad gratiam suam et absolve-
re et extrahere illos a primo et se-
cundo banno in quibus eos supposue-
rat cum judicamento Curiae suae. et
cum D. Conone de Mavutio per omnes
astantes judicatum et sententiatum fuit
quod postquam datum erat ei ple-
num arbitrium et libera potestas in
plena sua Curia per Praelatos, nobiles
Communitatem, liberos et ministeriales
et alios super eodem negotio, bene po-
terat recipere ad gratiam suam se-

predictos Dominos de Prata et absolvere et extrahere illos de bannis predictis; sed si non haberet inde plenum arbitrium et liberam potestatem illud facere non posset. Tunc D. Patriarcha tum auctoritate sua, tum auctoritate sibi tradita per predictos Prelatos, nuntios communitatum, liberos et ministeriales et alios de Terra, tum etiam auctoritate judicamenti predicti, recepit dictos Dominos de Prata et filios et eorum homines de masnata et habitatores eorum, liberos a bannis predictis et restituens eos in statu in quo primo erant, remisit eis omnes offensas atque injurias illatas sibi et Ecclesie Aquilejensi, et fecit predictos Dominos per Precones clamari absolutos a bannis predictis. ex haputa. e.t.c.

1260 26. iunii. in Civitate Austrie

Domini Gabriel et Guezzellettus de Prata constituti procuratores ad hoc per D. Varullonem patruum eorum, propter graves offensas et enormes injurias illatas D Gregorio Patriarche, Aquilejensi Ecclesie et toti terre Forijulii per ipsos et suos credito de Romano Ecclesie Romane et Aquilejensi inimico contra honorem ipsorum et statum totius

terre damnabiliter adherendo, ut gratiam
ejusdem P. Patriarche, quam perdiderant
possent adipisci, fecerunt cessionem, con-
cessionem, donationem et datam libere
et absolute eidem d. Patriarche de Castro
et loco S. Stini a villa Corbolonis et
ab inde inferius usque ad mare, et
de omnibus villis, juribus, possessioni-
bus terris decimis, Advocatiis silvis,
aquis, molendinis etc. ad eos pertinen-
tibus et eorum hominibus de Marnata
ex utraque parte fluminis Liquentie
nec non de omni eo quod habebant in
villis Turris et Laticane, et in nun-
cium tenuta dederunt d. P. Petrum
de Attems. ex Liruco. C. F. C. inter testes
fuit electus Concordiensis et Iohannes de Rubignacco Gastal-
dio Civitatis, Federicus de Colmalto Gastaldio ulini etc.

1260 17 Iulii Anagnie.

Alexander IV. suscipit sub Beati Pe-
tri et Apostolice Sedis protectione
monasterium S. Marie de Civitate
Austrie, statuens ut in eodem
regula B. Benedicti perpetuis tem-
poribus inviolabiliter observetur.
Confirmat deinde proprietatem ter-
rarum, jurium et possessionum
que ad dictum monasterium specta-
re noscebantur et quas nomina-
tim recenset, nec non omnes li-

bertates ac immunitates a suis Predecessori_
bus dicto monasterio concessas. Tandem
contra perturbatores ac bonorum ejusdem
occupatores aut retentores penas mi_
natur. f.c.a.c.

1260 25. julii

Blasius q.m D. Ossalci de monsdens
vendit D. Gregorio Patriarche, pretio quin_
quaginta librarum Venetorum parvo_
rum quartam partem Castri S. Geor_
gii super aquam de Layme. ex Lupi_
ce. Nellonis

1261 25 junii utini

Gregorius Patriarcha innovat et
confirmat Privilegia que ejus Pre_
decessores Ulricus Vorlicus anno
MCLXXVIII. et Volcherus anno
MCCXIII. concesserant D. Henrico
de Villalta concernentia jus pascu_
andi in monte Stefan super quo
fragmenerat contentio inter homines
de Ledrach, Smalz et Camina ex
una parte, et homines de Tuasnitz
ex alia. ex Lupico c.f.o.

1261 24 novembris.

Pro damnis datis et illatis Ecclesie
Aquilejensi, Ulricus Dux Carintie, pro
se et fratre suo Philippo dat libere
et perpetualiter D. Gregorio Patriarche,

quidquid habebat circa silvas Perimon in castro, et quidquid habebat in foro Julio tam in castris quam in villis, prediis, Belesmannis, servis et ancillis et aliis hominibus, possessionibus Advocatiis et aliis bonis omnibus tam feudalibus quam non feudalibus, preter duas villas scilicet Ugovuf et Olarem quas donaverat Abbatie de Milistach.

Posterea idem D. Dux restituit dicto D. Patriarche omnia bona antiqua et castra Ecclesie Aquilejensis ubicumque per eum fuerant accupata, et promisit reedificare castrum de Wardeneck.

Dat etiam et donat castrum de Laybach cum omnibus suis pertinentiis et castris videlicet Gorizach, Ortimberch, iglom, et Weisperch hoc siquidem modo quod dicti Domini Fratres et legitimi eorum heredes retineant Laybachum cum castris supradictis tanquam feudum ab ipso D. Patriarcha et Ecclesia Aquilejensi eisdem concessum. Ceterum, mortuis ipsis sine legitimis heredibus ex se descendentibus,

Laybachum et castra supradicta restituerentur ipsi Ecclesiae qualibet contradictione cessante: et quod habitatores de Laybacho et aliis castris hoc facere jurarent et dicta loca tenerent nomine Ecclesiae Aquilejensis. Pro quibus omnibus attendendis et observandis sub poena mille marcharum argenti fidejussores prestitit.

ex Lupico. c. f. c.

1261 30 novembris

Berlengerius Prepositus S. Udalrici et Rupertus de Bakvio nuntii et Procuratores D. Gregorii Patriarche, mittuntur ad recipiendam et intrandam tenutam et corporalem possessionem de Laibacho cum omnibus juribus, pertinentiis, et adjacentiis suis, nec non de castris Wideck, Zavirach, Weixelberch, Valchemberch, Iglou, et Lewenperch que omnia D. Ulricus Dux Carinthie, dicto D. Patriarche precise, absolute ad proprium tradidit et donavit.

Item ad recipiendum juramentum fidelitatis ab omnibus Ministerialibus pertinentibus ad Laibachum et castra supradicta.

Item ad percipiendam et intrandam tenutam et possessionem de Gratz, cum pertinentiis et juribus suis.

item ad recipiendum corporale jura_
mentum a Castellanis, ministerialibus
et Burgensibus predictorum castrorum
et locorum quod in vita ipsius D. Ducis
servabunt loca et castra predicta ad
honorem ipsius et post ejus mortem
resignabunt ea et restituent D. Patri_
arche et Ecclesie Aquilejensi prout con_
tinetur in instrumento concessionis in_
ter eos facto.

item ad recipiendum a decem
fidejussoribus juramentum pro mille
marchis Aquilejensis monete quod de_
bere D. Dux dedit^o eidem D. Patriarche.
ex Copia. A.C.U.O.

1261

D. Rotilinus castellanus Castri de
Laibach nuntius tenuti, datus a D
Ulrico Duce Carinthie, D. Berlinga_
rium Prepositum S. Udalrici et D. Ra_
pretum de Butolo procuratores ad
hoc constitutos a D. Gregorio Patriar_
cha Aquilejensi et ejus vice et no_
mine recipientes de castro Laibaci
et de locis et castris superius nomi_
natis in tenutam et corporalem
possessionem induxit et imposuit.
et in signum vere possessionis cla_

ras dictorum castrorum tradidit atque dedit
in manibus dictorum Procuratorum. Quo
facto, D. Fridericus et frater ejus de
Valchembergh Gerloch de Marchembergh,
Otto de Mordepergh et Conradus ejus fra-
ter q.m D. Henric de Loch juraverunt
corporaliter ad sancta Dei evangelia
dictis Dominis Procuratoribus recipien-
tibus nomine supradicto fidelitatis oma-
gia veluti Feudatarii et ministeria-
les Ecclesiae Aquilejensis tenentur et
facere consueverunt. c.f.c.

1262.

Illustris Dux D. Philippus Electus Ecclesiae
Salzpurgensis frater supradicti D. Ulrici
Ducis omnia et singula concessa, re-
cepta, data et facta atque promissa
per supradictum D. Ulricum fratrem
suum integraliter ratificavit et con-
firmavit. c.f.c

1262 a Junii in Civitate Austriae

Iuxta mandatum sibi factum ex parte
D. Gregorii Patriarchae per D. Johannem Ar-
chidiaconum Aquilejensem et nepotem ejus-
dem D. Patriarchae, Henricus de Trivisia-
no Gastaldio Civitatis Austriae, dare et
restituere integraliter promisit D. Henrico
de Villalta omnes rationes ~~et~~ valentes et valentias,

se intromittit in factis in foro S. Quirini quandocumque placet ac voluerit. Leonardus Not. C.P.C.

1262 8. iulii. Ante portam Portusnaonis.

D. Rovinus Potestas Sacili nomine et vice D. Gregorii Patriarche, intromisit se de Portusnaonis a fossa superius cum totis villis dicti Portus: et ibi presens D. ... Patriarcha accepit januam dicti Portus et ipsam clausit et aperuit nomine intromissionis; et sic dictus D. Rovinus pro dicto Patriarcha de dicto Portu et de dictis villis in tenutam et possessionem intravit. Leonardus Not. C.P.C.

1262 17 iulii Glemone.

Hernardus Plebanus de Linch electus fuerat Episcopus Petenensis. Sed cum eadem Ecclesia adeo esset tunc collapsa et Episcopus non possit de suis redditibus sibi et suae familiae vitae necessaria ministrare: Gregorius Patriarcha ne memoratus Episcopus in opprobrium Pontificalis dignitatis cogeretur aliena suffragia mendicare, Plebem de Linch, cujus collatio ad eum pleno jure pertinebat, cum omnibus juribus ad eam spectantibus, eidem Hernardo electo concessit. ex Lupico. A.C.U.C.

1262 31 iulii apud Sacilum

Gregorius Patriarcha permutat medietatem curiarum domorum et Turris de Sacilo quam emerat ab Henrico q.m Zopuleri de eodem loco, cum alia medietate dictarum curiarum, domorum et Turris que possidebantur a Conrado de Sacilo ab alia parte Liquentiæ hoc pacto posito inter eos, videlicet quod medietas pontis qui est inter utramque curiam aque Liquentiæ medietas debeat esse dicti D. Patriarchæ et Ecclesie Aquilejensis, et alia medietas dicti D. Conradi et filiorum ac heredum suorum. Ita et quod dictus D. Patriarcha et ejus Successores liberam habeant potestatem construendi super pontem ipsum et partem suam unum et plura Battifreda, et omnem munitionem facere sicut sibi et suis Successoribus videbitur expedire et habere portum unum ibidem cujus portus dictus D. Patriarcha et sui successores dominium habeat sicut aliorum portuum Terre Sacili. Pons vero qui est ab illa parte per quam itur ad Canolanum debeat esse integre prefatorum D. Conradi et filiorum ejus et heredum, et ab illa parte versus

canetam memoratae D. Conradus et filii ejus et heredes partem aliquam non debe_
ant aliquatenus construere nec habere

Ex Lupico Veroi 123

1263 11 Februarii apud Sacilum

Cum quidam de Sacilo recusarent fa_
cere cum aliis convicinis laborerium et
quaelibet alia necessaria ad munitionem
et tuitionem dictae Terrae, eo quod se
dicebant in guada exsistere militari: Gre_
gorius Patriarcha significat Domino Po_
testati Terrae Sacili quod jam dudum
per Curiam suam sententialiter judi_
catum fuerat omnes de Sacilo teneri
de jure ad laborerium praedictum
inter cives ipsius Terrae, excepto quod
non deberent facere plauricum cum can_
gis in viis sed tantum squaragua_
ytas de nocte qui in guadia mili_
tari exsistebant. Quare dictus Domi_
nus Potestas praecepit ut omnes pi_
gnorarentur quibus per Comune Sa_
cili imposita fuerat collecta. Bian_
choldinus Vol. 8.° Civid. c.

1263 17 Decembris. In Civitate Austriae

Super quibusdam juribus aut con_
suetudinibus quae in Archidiaconatu
Aquilejensi tunc vigebant ~~aut~~ quibus

in suis petitionibus Johannes Archidia_
conus innitebatur placuit D Patriarche
pro bono statu Terre ordinare et dis_
ponere ut infra

Archidiaconus Aquilejensis et Successores
sui nullum Juratum de cetero in aliquo
loco sui Archidiaconatus constituere de_
beant nec habere

Illa quantitas annone quam ab habi_
tantibus in burgis et mercato de Utino
predictus Archidiaconus percipiebat nul_
latenus exigatur nec dicti habitantes
eam de cetero solvere teneantur nisi
Patriarche et ejus Ecclesie

Archidiaconus per se nec per alios
nullam denuntiationem deinceps recipiat
vel inquisitionem faciat de auditu. De
manifestis tamen excessibus qui ad ec_
clesiasticum spectant forum, cognoscere
et judicare possit et penam infligere
consuetam

Cetera autem jura et consuetudines
tam in visitationibus quam in procu_
rationibus recipiendi quamdam quanti_
tatem annone a certis hominibus
sibi debite, nec non petitio et receptio
denariorum Pasce seu a Plebibus ac alio_
rum in omnibus locis et personis in qui_

quibus et a quibus Archidiaconus recip- [illegible]
re hactenus consuevit, sibi integraliter reservat [illegible]
servantur [illegible]

Ad predictam ordinationem facien- [illegible]
dum, ait Patriarcha, multiplex ratio nos [illegible]
induxit. precipua tamen fuit multorum [illegible]
remotio scandalorum, et ipsorum evidens [illegible]
malitia curatorum. Sicut enim pro certo [illegible]
didicimus, iidem curati non querentes [illegible]
que Dei sunt sed que sua, ex conceptione [illegible]
ta malitia denuntiabant innoxios, vel [illegible]
pabiles relinquentes gratia vel amore, et [illegible]
quoque, propter illicitas pactiones, unde [illegible]
sequebatur quod ad denuntiationem eorum [illegible]
damnabantur innoxii, vel saltem [illegible]
non jure, facti tamen infamiam incur- [illegible]
rebant. Quod quidem, inter subjectos [illegible]
stros gravia scandala suscitabat. Ad hec [illegible]
cum ad petitiones et supplicationes in- [illegible]
stantium dilectorum nostrorum Commu- [illegible]
nis de ultra Ecclesie nostre, tam ip- [illegible]
us loci utilitate non modica suadente, [illegible]
centos Canonicos in predicto loco de ultra [illegible]
no decrevimus ordinandos." Hisque

premissis, ad sequentes ordinationes descendit [illegible]

Volumus, ordinamus et statuimus ut [illegible]
medietatem redditus quondam Plebis [illegible]
vacantis et Ecclesie que nunc dicitur [illegible]

S. Odorlici de Utino Canonici Instituti, cum a nobis instituti fuerint tunc, percipere debeant et habere.

Attendentes autem quod ex predicta ordinatione nostra Archidiaconus Aquilegensis in annuis redditibus non modicum damnum incurrit: considerantes etiam alios ipsius Archidiaconatus redditus fuisse et esse tenues et exiles alteram mediatatem redditium quondam predicte plebis vacantis in recompensationem redditiuum subtractorum eidem Archidiacono pro se et successoribus suis duximus assignandam, investientes ex nunc manu propria eundem Archidiaconum de mediatate redditium predictorum.

Preterea institutionem et destitutionem in Capellis et Inferiorum Sacerdotum et clericorum in predicta Ecclesia que dicitur S. Odorlici ad Archidiaconum Aquilegensem qui pro tempore fuerit de cetero volumus et statuimus pertinere. Statuentes atque precipientes ut nullus apud Ecclesiam que est in Castro de Utino, que quondam plebs erat debeat de cetero sepelliri, seu etiam baptizari, aut alia recipere ecclesiastica Sacramenta, nec ibi populus conveniat solempniter ad

divina; sed apud Ecclesiam Inferiorem quæ nunc dicitur S. Udalrici omnes sepeliantur, baptizentur ac conveniant, ad divina ibidem recipiant Ecclesiastica Sacramenta, quam eandem Capellam quæ quondam Plebs erat eidem Ecclesiæ quæ dicitur S. Udalrici de Utino tanquam Capellam suæ matrici volumus et ordinamus in omnibus esse subiectam. Lib. de Lupico vol. A.C.III.e

1264 25 Ianuarii Pragæ

Otokarus Rex Boemiæ consideratis et inspectis servitiis multiplicibus Henrici de Schaumbenberch suæque fidelitatis constantia confert eidem titulo feudi quondam Becimann ad Officium Pincernatus Ecclesiæ Aquilejensis spectantem.

1264

G. Guarnerius de Artenea publicatur proditor et rebellis Ecclesiæ Aquilejensis quam ob rem ejus bona confiscantur et aliis in feudum conceduntur.

1264 11 maii. in S. Vito

Everardus q.m Odorlici de S. Vito investitur de uno manso posito in S. Vito juxta ministerii Liquamentis ex Lupico Belloni

1264 xx Junii apud Sacilem

Juxta sententiam D. Henrici de Castello-
vo approbatam per majorem partem cu-
riæ D. Patriarchæ statutum et ordinatum
fuit quod debitum debet solvi credito-
ri cum proprio et bonis mobilibus mor-
tui si superessent. Et si proprium et
mobile non sufficerent ad dictum debi-
tum persolvendum, quod heres dicti
mortui in quem feudum pervenerit
jure patrimoniali deberet complere
debitum creditori cum feudo usque
ad integram solutionem dicti debiti.
ex Lupico. c.t.c.

1264

Sequitur pax inter D. Gregorium Pa-
triarcham ex una et Dominos Mey-
nardum et Albertum Comites Goritiæ
ex altera in qua inter cetera fuerunt pac-
ta quod Castrum Luciniči debeat di-
rui, nec umquam reædificari. Item
quod Castrum Cormoni vivente D. Pa-
triarcha non possit amplius reædifi-
cari, salvo jure Dominorum Comitum

1264 18 Junii Utini

Hermanus de Treppo libere,
mere, et pure dedit, concessit, quo-
vit et refutavit in manus D. Gre-
gorii Patriarchæ Palmam filiam

quondam Wezellonis de Menolas famulam suam quam habebat ad rectum et legale feudum ab ipso D. Patriarcha. et casa Aquilejensi tali quidem conditione et pacto quod idem Patriarcha vel ejus successores non possint nec debeant dictam Palmam et heredes descendentes ex ea investire, infeudare, alienare vel distrahere aliquatenus a dominio, tenuta et potestate casae Dei Aquilejensis, sed semper et in perpetuum in ipsius casae Aquilejensis et ejusdem D. Patriarchae ac successorum suorum tenuta remaneat et potestate. Quod omnino dictus D. Patriarcha facere promisit. ex Lupico C.F.C.

1264 13. julii in Burgo de Lauro.

. Gregorius Patriarcha Aquilejensis et istrie, et Carniole, marchio Investit ad rectum et legale feudum D. Henricum de Pisino et filios, quos, dante Domino erit habiturus cum presenti uxore sua filia q.m D. Wicardi de Petrapilosa de sequentibus feudis, videlicet de Castro de Lupoglav, et villa quae est sub castro et vocatur Aber Lupoglau. item de quinque mansis in contrata Dornach in villa que Doppropollach vocatur. item in mar_

chia Carniole, de villa que Lucrspurn vocatur cum decimis et omnibus juribus item in Prossa in confinibus Raspom super aqua Tergi de tribus mansis cum molendinis, decimis et omnibus juribus. Testis Bernardus episcopus Petenensis et plures alii. Bavarus nob. e-Pe.

1264 16 octobris in civitate Austrie

D. Lando de Montelongo nepos D. Gregorii Patriarche, de uno molendino juxta in roja de Boquarolo cum silva ad ipsum pertinente quod habebat a D. Abbate Sextensi ad rectum et legale feudum investit Odorliqutum de Puteonico recipiendo ab eo fidem et vassallaticum tamquam Dominus a vassallo. Ca. Dominicus dipl. A.D. ca. 0

1265

Nova confederatio inter Gregorium Patriarcham et D. Ulricum Ducem Carinthie in qua postquam promisissent se invicem adjuvare in eorum juribus defensandis et observandis, predictus D. Dux se obligat redimere possessiones et bona Ecclesie Aquilejensis obligata dudum Ulrico Comiti de Starimberch, vel aliis in partibus Tioen

et Truen, et hoc pro mille marchs quibus idem Dux erat obligatus Patriarchae et pro quibus solvendis fidejussores praestiterat, quod si supradicta eluere nequiret, ex tunc cedit D. Patriarchae castrum suum Vosicanoos cum sexaginta marchis de redditu ad suam curtem. Praeterea promittit in eadem confoederatione quod tam liberi quam servi qui prius habitabant in foro Wardeneck Ecclesiae Aquilejensis compellet venire ad habitandum in eodem foro, et castrum ipsum Wardeneck incipere, perficere et aedificari facere de lignamine castri novi quod idem D. Dux construi fecerat in Apeler. c. f. c.

1265 9 Februarii Aquilejae

Gregorius Patriarcha confirmat concessionem decem marcharum Aquilejensis monetae - jamdiu factam a Bertoldo Patriarcha Capitulo Aquilejensi pro ipsius anniversario in festo B. Martini, et etiam unius marchae ejusdem monetae in festo B. Elisabeth ut ejus festivitas solemnius celebraretur. ex Lupino. A.c.a.c.

1265 11 martii

Gregorius Patriarcha investit mari-
num Zorzanum jure recti feudi
Aquilejensis de octo mansis jacenti-
bus in villa de Belvedere, et cer-
tis aliis bonis existentibus in eadem
villa et de tota insula de Centena-
ria, quæ bona habuerat filius q.m D.
Matthiæ de Aquileja ad rectum et
legale feudum cum dominio, ho-
nore, campis, pratis, silvis, nemo-
ribus etc. salvando tres libras pi-
peris. ex Lupico Bellonus.

1265 27 martii ultimi

Gregorius Patriarcha considerans fue-
rat gravamen Portusgruarii et de-
fensionem Terræ Forijulii et Ecclesiæ
Concordiensis tunc vacantis et in
malo statu propter guerram Ecceli-
ni de Romano et Alberici de Roma-
nus autem cum omnia circum
in pacem venerunt cum voluntate
Folcomarii Castaldionis Portusgruarii
consulum, communis et consilii Ter-
ræ ipsius de sua tenuta manu pro-
pria investit D. Albertum Episco-
pum Concordiensem ab ejus vice-
dominum cum omni jure et ju-

viridictione, cum superioribus et ingressibus ac omni terra que in dicto girono continebatur. Hoc facto, memoratus D. Albertus episcopus solvit eidem D. Patriarche mille quingentas libras veronensium parvorum quas dictus D. Patriarcha nomine dedit Henrico Sparre de Portugruario pro tercia dicti ejusdem gironi. ex Lapide. B.

1265 .. Aprilis in Civitate Austrie

Henricus de Tricano dimittit in manibus D. Gregorii Patriarche castrum de Buja. Inter testes Conradus de Cormalate Gastaldio Civitatis. ex Lapide. A.C.CC.E.

1265 15 Aprilis

Gregorius Patriarcha obligat Almerico q.m Bratti Iustinopolitano castrum et locum de Layme. ex Lapide. Bellonus

1265 .. Aprilis in Civitate Austrie

Data a Patriarcha Gregorio Potestate et Consilio marchione Istrie eligendi Potestatem pro anno presenti Potestatem elegerunt nobilem virum D. Marcum Cornarium de Venetiis, et Patriarcha eorum electionem confirmavit. ex Lapide. A.C.CC.E.

1265 17 Aprilis in Civitate Austriæ

Annuens petitionibus quamplurium nobilium patriæ Gregorius Patriarcha dat e carceribus suis apud Soffumberch D. Rodulphum de Savorniano qui in dicto loco detentus erat eo quod se castellaverat se in Savorniano contra dictum Patriarcham tempore guerræ præteritæ habitæ inter dictum D. Patriarcham et Comites Goritiæ cum hoc quod ad octo dies refutet in manibus ipsius D. Patriarchæ totum suum feudum et proprium, quod si facere neglexerit nec usque ad festum B. Petri de Iunio gratiam suam non obtinuerit, dictus D. Rodulphus ad suum carcerem reducatur. ex Copia A.C.A.C.

1265 8 Maii in Civitate Austriæ

Gregorius Patriarcha confirmat pacta per Prædecessorem suum Volcherum Patriarcham quod homines de Viganovo et ejus districtus debeant ire semel in hebdomada, scilicet in die una ad exercendum plovicum Sacili ubicumque Marinus aut Pogus aut Gastaldus Terræ sibi commiserit aut mandaverit. Ex Copia A.C.A.C.

1265 13 Iunii in Civitate Austriæ

Gregorius Patriarcha cum obligatione

1265 27 Aprilis in Civitate Austriæ

Rodulfus de Savorgnano in manibus D. Alberti Episcopi Concordiensis et Vicedomini recipientis vice et nomine D. Patriarchæ refutat omne feudum et proprium quod ab ipso D. Patriarcha habebat, tali quidem conditione quod si ipse D. Rodulfus usque ad terminum B. Petri proximum apperire poterit gratiam ejusdem D. Patriarchæ, hujusmodi refutatio ~~nullius~~ rataæ valoris existat; et si usque ad prædictum terminum B. Petri non acquirit gratiam ipsius D. Patriarchæ, idem Rodulfus tenetur et debeat redire ad ~~carcerem~~ in eo statu et conditione sicut erat prius [illegible] revertendo ad carcerem ejus refutatio et promissio nullius sint valoris. ex Copia [illegible]

bonorum ecclesiae Aquilejensis accepit ad pignus a Iohanne Longo nunc suo Gastaldione in Tulmino in pecunia, frumento, pane, vino et anona tantum quod capiat centum et viginti tres marchas Aquilejensis monete, quas restituere promisit hinc ad festum B. Georgii proxime venturi, et quas dixit conversas fuisse in utilitatem ecclesiae Aquilejensis, scilicet in expensis ipsius D. Patriarche et familie sue et in expensis factis cum Duce Carinthie, et ipsi Duci pro magnis et arduis negotiis ecclesiae Aquilejensis apud Tulminum et apud Aubarum: ex Regestro A. C. et c.

1265 6 iulii. in castro utini in palatio Patriarchali in camera aquilarum et leonum.

Bartholomeus et Corradella de S. Daniele investiuntur a Patriarcha Gregorio de eorum antiquis feudis, scilicet de castro et burgo S. Danielis, de decima S. Laurentii et Ripis ac de omnibus eorum bonis sitis in Majano, Ragonea, Fagonea, Gultlons, Pers.... et Bufa. Antonius not. c. P. c.

1265 · 17 Decembris.

investitura jure feudi facta Potes-
tati Aquilejae unius partis molendino-
rum in qua sunt tria molendina
sita infra pontem Hungaricum et
pontem novum extra civitatem Aquile-
jae solvendo staria centum bladi,
cujus feudi tertia pars sit Leprosa-
rum ante portam Civitatis Aquile-
jae. ex Regesto Bellonis

1266 3. julii In Civitate Austriae

Gregorius Patriarcha et Albertus
comes Goritiae convenerunt inter eos
quod si Commune Justinopolitanum oc-
casione guerrae praesentis aut alia oc-
casione offenderent ipsum D. Comitem
aut moverent sibi guerram et face-
rent sibi aliqua damna, ipse D. Pa-
triarcha ad requisitionem ipsius D. Comi-
tis debet mittere nuncium suum, vel
literas suas ad dictum Commune ut
satisfaciant dicto D. Comiti de offen-
sionibus et damnis illatis; quod si
praedictum Commune facere no-
luerit, idem D. Patriarcha tenetur et
debet juvare ipsum D. Comitem
et adjuvare sibi bona fide pro viri-
bus contra eos. E converso autem

si Commune predictum occasione pre-
sentis guerre vel alia offenderent pre-
dictum D. Patriarcham, prefatus D. Comes
requisitus pro parte ipsius D. Patriarche,
tenetur ^et debet^ astare sibi contra illos et
ipsum adjuvare pro viribus bona
fide. Pro quibus omnibus attenden-
dis uterque eorum obligavit se ad
penam mille marcharum. Valte-
rius vol. ex. Cod. Dip. Istri.

1266 28 Julii in Civitate Austrie

Super officio Capellanie D. Patriar-
che lis sententialiter composita fuit hoc
modo scilicet Tomas Henrici q.m Bertol-
di et Henrici q.m Valdarici de Butri-
co exerceant uno anno ministerium
dicte Capellanie, et Bojanus nomine
Aleckine uxoris sue prefatum offi-
cium exerceat altero anno et sic
successive alternatim. ~~Quod si una~~
~~pars fuerit impedita, serviat alia~~,
ita quod quilibet serviens habeat
oblationes et proventus ejus anni.
Quod si una pars fuerit impedita, ser-
viat alia, et proventus sint deservien-
tis, usque ad quadraginta denarios
Aquilejenses in die, et si ultra obla-
tum fuerit dividatur totum inter

partes. Possessiones vero ad dictam Capella-
niam spectantes quas una aut alia pars
habuisset, remaneant ut sunt. Johannes
de Rusolo Not. C.C.F.C.

1267 15. Januarii Buje

Franciscus de la Turre Gastaldio Cavorie
et Johannes de Buja auctoritate eis tra-
dita per D. Gregorium Patriarcham com-
ponunt questiones que vertebantur inter
Comunitates villarum Arcuy, Cornini,
Peglianis, Vasinis, Trasaghis et Brau-
linis occasione certorum locorum in
quibus possunt pascolare, secare, ara-
re, buscare et alia utilia facere tam
in montibus quam in planitia Tul-
menti ex Copia. A.C.U.

1267 17 Januarii in Civitate Austria

Gregorius Patriarcha investit D. Prui-
num qui fuit de Mediolano de uno
casali sito in curia que fuit q.m D.
Zapulchini de Sacilo, et quatuor man-
sis videlicet duo in Chauro, et duo
cum dimidio in Basedo jure habitan-
tie Sacili ex Copia c. Bellonae.

1267 17 Januarii in Civitate Austrie

Gregorius Patriarcha per fimbriam sue
tunice investit Almericum de Toppo
de castro Toppi cum turribus, muris,

fortalitiis, masnata, servitute, mansis, territoriis, campis, pratis, silvis, aquis, montibus, planitiis etc. jure recti et legalis feudi. ex Lupico A. M. U. C.

1257 23 januarii

D. Henricus de Villalta pretio mille trecentarum librarum venetarum parvorum vendidit D. Gregorio Patriarchæ suam partem habitantiæ quam habebat ab ipso D. Patriarcha et Aquilejensi ecclesia in castro de Bufa tam in turri casis et terra laborata quam non laborata. eoque die dictus D. Patriarcha investivit D. Henricum de Villalta de uno manso in Bufa. ex Lupic. Bellunas.

1267 6 Februarii

Venerabilis D. Adalgerius Feltrensis et Bellunensis Episcopus et Ludovicus de Villalta fratres pro se et nomine Detalmi, Rambaldi et Henrici fratrum suorum vendiderunt D. Gregorio Patriarchæ pro mille libris venetorum parvorum suam terratam ad feudum habitantiæ in castro de Buja tam in turri, casis et terra laborata quam non laborata. ex Lupico. Bellunas.

1267 13 Aprilis

impositus fuit primus lapis Dominorum Cellorum apud Civitatem Austriæ per Episcopos Concordiensem, et Retinensem, Chron. Iul.

1267 3. julii. In civitate Austrię

Gregorius Patriarcha et Albertus Goritię Comes hanc inter se foederis societatem inierunt.

I Comes stabit in servitio Patriarchę et Ecclesię Aquilejensis ad offensionem Communis et hominum Justinopolis quousque Patriarchę extra quartam manserint et eos simul cum Patriarcha tamquam publicos hostes habebit et bello insectabitur et armis

II Medietas nobilium atque hominum qui capta civitate in eorum potestatem venerint erit Patriarchę, alia medietas D. comitis.

III Civitas et omnis ejus jurisdictio ac dominium erunt Patriarchę, simul cum vineis terris cultis et incultis [illegible] et villę mansus et possessiones in districtu dictę civitatis positę inter Patriarcham et comitem dividantur.

IV Villę ~~[illegible]~~ molendina et bona quę aliquis ex civibus habuisset in feudum ad pristinum Dominium revertantur.

V Postquam Commune et homines Justinopolis erunt tam nomine D. Patriarchę quam D. comitis diffidati, om-

nes in prelio capti inter eos dividi debent et ita fiet de animalibus, spoliis et rebus quocumque nomine censeantur.

VI. Si quis militans sub eorum vexillo aliquem ex inimicis ceperit, habeat equum et arma, personam autem captivi dictis Comitibus tradat, quod si earum militiae stipendiatus non erat, habeat rem captam et personam.

VII. Postquam commune et homines dictae civitatis Patriarcham diffidaverit, eos in suam gratiam non recipiat, nec faciat cum ipsis aliquem tractatum sine voluntate et consensu dictorum Comitum.

VIII. Quod si antequam diffidarentur in eius obedientiam redierint, et Patriarcha aliquid ab eis reciperet nomine satisfactionis, medietatem de perceptis dabit d. Comiti, et idem faciet si post diffidationem aliquid eodem titulo [illegible] tributum fecerit.

IX. Si dicti de Justinopoli se Patriarchae submiserint et darent fidejussores quatuor sub certa poena

nunquam de cetero nec contra ipsum D. Patriarcham ne contra memoratum D. Comitem arma sumerent, et postea in dictam pœnam incidissent, dicta pœna inter prædictos Dominos erit dividenda.

Et hæc omnia dictæ partes attendere et observare promiserunt sub pœna mille marcharum et tractatum multo juramento confirmaverunt. Cod. Bip. ibi.

1267 3 septembris Viterbii

Clemens Papa IV agit gratias Ottocaro regi Bohemiæ qui per nepotem suum Archiepiscopum Salzburgensem absolutionem Gregorii Patriarchæ Aquilejensis a captivitate Alberti Comitis Goritiæ procuravit; eumque hortatur ne cum inimicis Ecclesiæ fœdus ineat. A.S.D.c.

1267 . octobris Viterbii

Clemens IV. Pontifex deplorat horrendum sacrilegium a Comite Goritiæ commissum in captione Gregorii Patriarchæ Aquilejensis in quo se ipsum ac ejus dignitatem vulneratam asserit. At ejus dolor magis atque magis augetur a delatione sibi nuper transmissa de Adalgerio de Villalta episcopo Feltrensi qui non solum illius

1267. 20. julii.

Captus fuit D. Gregorius Patriarcha per D. Albertum Comitem Goritiæ apud Villamnovam sub Rosacio in aurora diei dum erat in lecto et nudipes, ductus fuit Goritiam in [illegible] Rayedno, nullo alio capto præter Iohannem [illegible] et paucis aliis vulneratis. Chr. Jul.

1267 . Augusti

Inclusi fuerunt in Forojulio capitanei D. Albertus vicedominus, episcopus Concordiensis et D. Asquinus de Varmo. Chron. Jul.

1267 27 Augusti.

Gregorius Patriarcha exivit captivitatem D. Alberti Comitis Goritiæ, et conductus fuit Civitatem evacuata tamen per venerabilem Patrem Wolodislaum Archiepiscopum Salzburgensem cum ipso D. Patriarcha dum erat in captivitate, et cum Forojuliensibus ex parte una, et cum dicto Comite ex altera [illegible] per pactes compromissum in ipsum Archiepiscopum, et D. Regem Bohemiæ et postea confirmatum. Chron. Jul.

sceleris eiusdem factionis, cuius etiam inventor et actor dicebatur ab aliquibus extitisse, et ideo apud bonos et graves erat valde diffamatus. Negabat ille se esse atrocis culpe reum, et hec inventa asserebat a suis emulis qui fictis mendaciis eius innocentiam moliebantur opprimere. Verum non levis suspitio, ait Pontifex, contra ipsum surgit ex eo quod duos ex suis fratribus captioni memorati Patriarche interfuisse non audet negare, quamvis dicat ignorantes venisse, nec ad ipsum opus aut operam prestitisse. Sed obiicitur ex adverso quod non possunt per ignorantiam excusari qui non solum capi viderunt sed etiam comitem associaverunt usque ad castrum Goritie Patriarcham ipsum producentem captivum, quem post scelus huiusmodi dictus Episcopus in suis domibus receptasse dicitur, scienti prius, et post captionem multa verba dixisse per que apertius indicabat sibi quod factum fuerat placuisse: nec non de ipso asserebatur quod liberationem Patriarche volens fuerat impedire.

Eam propter mandat Capitaneo Regni

Siciliæ, extra Pharum quatenus ad partes Forijulii personaliter se transferat et facto dicto Episcopo certis interrogationibus super quibusdam articulis quos in ejus Bulla interclusos invenerat, veritatem diligentissime perquirat et inquestam quam citius poterit ad eum transmittat. ~~Penes Ro. de Portis~~ B. S. D. c.

1267 13 octobris In civitate Austriæ

Gregorius Patriarcha attendens grata et accepta servitia quæ Luvisinus de Castro Veneris sibi et Ecclesiæ Aquilejensi fideliter exhibuit, de quatuor mansis duobus sitis in villa Sacerani, et duobus in Turriacco annuatim reddentibus ad usum Curiæ tres marcas Aquilejensis monetæ, eundem Luvisinum ad rectum et legale feudum habitantiæ juxta consuetudinem Terræ Forijulii manu propria investivit. Penes D. D. de Portis. c.

1267. 30 Octobris In Civitate Austriæ

Berengerius Præpositus S. Ulrici procurator D. Bernardi de Zucula resignat in manibus D. Patriarchæ quatuor mansos sitos in Premariacco quos idem D. Bernardus habuerat jure recti et legalis feudi a Præpositura Civitatensi; ~~Patriarcha pro~~

et vendiderat Conrado Bojano. D. vero Patriarcha tempore Prepositurae et rector dictae Prepositurae ea resignatione accepta, de eisdem quatuor mansis de Premariacco eundem D. Conradum, assentiente Capitulo, ad rectum et legale feudum quod hereditat masculus et femina, manu propria investivit. Ex Copia. C.S.C.

1267 12 Decembris in Civitate Austriae.

Precibus religiosarum mulierum nempe Gerempurga, Elisabeth, Blasutta et Adeleyta, D. Gregorius Patriarcha instituit et confirmavit ut dictae Sorores et aliae quas ipsae recipiendas duxerint de caetero in Monasterio quod ad honorem Beatae et Gloriosae Virginis Mariae aedificare coeperunt extra Civitatem versus viam per quam itur ad Castrum Zuccolae sub B. Augustini regula famularentur, curam dictarum Sororum et aliarum degentium in dicto Monasterio memoratae Sorori Gerempurgae committens donec de Priorissa Monasterium provideatur. insuper monasterium ipsum, Sorores et locum earum cum ejus adjacentibus et pertinentibus de gratia

speciali de omnibus collectis, exactionibus et oneribus, reservato tamen jure catthedratico, exemit perpetuo et absolute. Eoque die precepit Conrado Boyano ut tamquam procurator et domesticus servorum dicti monasterii, commodum ejusdem monasterii et fornam procurare debeat prout in omnibus melius poterit. ex Lupico A.C.U.C.

1268 18 Februarii in castro montisfalconis de Glemona

Pelegrinus de Glemona jurat nicolao ricardo Glemone castrum montisfalconis quod est de super montem Glemone de Glemona servare et tenere pro D. Patriarcha, et nemini dare nisi eidem ex nibisco Not. A.C.U.C.

1268 . 7 Aprilis in Civitate Austrie

Iuxta petitionem D. Bertoldi de Canipa, D. Gregorius Patriarcha eum investit de bonis feudalibus que sui progenitores habuerant ab Ecclesia Aquilejensi jure feudi habitantie in castro de Canipa et ejus territorio, et juxta conventionem per D. Rizzardum de Toppo ejus patrem cum D. Bertoldo Patriarcha olim factam concedit ei ut ipse D. Bertoldus et illi de domo sua in perpetuum waitam, et schirimwaytam, plovigum

et collectam in castro suo Caurie et pro communi ipsius modo aliquo facere aut solvere non teneatur; et quod Sartoldus qui pro tempore fuerit unum consiliarium de ipsius D. Bertoldi domo, vel ipsumet, vel aliquem ex heredibus et successoribus suis accipere teneatur. ex Lupico. C.R.C.

1268 23 maii.

Concessio omnium affictuum Sartoldiç de Flumicello quocumque nomine censeantur, et decimç Ronchorum circa Aquilejam quç est D. Patriarchç et ejus ecclesiç, ad tempus donec D. Patriarcha se liberavit a D. Leonardo Potestate Aquilejç cui se obligaverat pro quinquaginta marchis. ex Lupico. Bellonus.

1268 26 iunii.

Investitura comunorum Federici et Valterpertoldi filiorum d. Aquarum de Varmo. et nomine Palamedis et Tyboldi et filiorum suorum de sedecim mansis in Cisterna et dimidio silvç, item in Sviglans de septem mansis quos habebat in pignore a D. Patriarcha pro mille libris Venetorum parvorum. item de una manso in Vicaudone et

1268. 3 iulii

Ante Turriam apud montem Madeam interfectus fuit Albertus Episcopus Concordiensis ab Vicedominus D. Gregorii Patriarchç, et quidam alii cum eo per insidias et dispositas per fautores D. Alberti Comitis Goritiç

cha. lui

1268 27 Augusti iulii

Accivit Gregorius Patriarcha ultro cum suis exercitibus contra Comitem Goritiç et tunc dia

tibus in Pasilano jure recti et lega-
lis feudi. item de quinque mansis
in Campiformio jure feudi habitantie.
item de quinque mansis et uno
molendino in Bayvarsjure recti
et legalis feudi. Item de quinque
marchis redditum in Zejano ex
Lupico. Bellonus c

1268 6 Septembris in Civitate Austrie
cum Conradus de Valvasono vellet
male facere D. Gregorio Patriarche, et
proditorie dare domum que fuit Ro-
dulphi de Sacilo et fratrum ejus in
manibus rebellium Ecclesie Aquilejen-
sis et dicti D Patriarche, et propterea
ejus gratiam amisisset. postea vero
ut in ejus gratiam rediret cum posuis-
set se cum persona et bonis suis om-
nibus in manus ipsius D Patriarche,
ut de ejus persona et bonis faceret ju-
xta sue beneplacitum voluntatis, me-
moratus D Patriarcha diligenter attendens
quod Walterpertoldus de Spilimbergo
non expavescens pericula nec parcens
laboribus aut expensis semper ipsi D.
Patriarche fideliter et viriliter astitit
consilio, auxilio et favore: volens-
que illi gratiam facere specialem, eun-
dem D. Walterpertoldum de medietate

undecimo Augusti castrum et dirutum fuit pon-
[illegible] prope Goritiam. Reversus est dux pe-
nultima Augusti civitatem. facto treuvam com-
promisso inter dictas partes. Chron. Cil.

domus et castri de Valvesono quę fue-
rat dicti D. Conradi cum bonis om-
nibus quę sunt in ejus districtu et
ad dictum D. Conradum spectabant,
iure feudi habitantię investivit juxta
consuetudinem Terrę Forijulii. ex
Lupico c. 1 c.

1268 13 Septembris

Gratia conducendi mille amforas
vini data per unum annum D. Al-
bertino Manvesono olim habenti in
custodia turres prope Rubinum, et
pro munitione castri Venevis et
pro expensis factis per ipsum oc-
casione castri de Coelach, quod
debebat dari ipsi D. Albertino in
servitium ipsius D. Patriarchę, et
Ecclesię Aquilejensis et pro amis-
sione quorundam equorum, quos
amiserat in exercitu supra 90
vitium. Ex Lupico. Bellonus c.

1268 8 Decembris

Gregorius Patriarcha locavit D.
Marino Zorzano de Venetiis
medietatem Gratię centum vigin-
ti octo amforarum vini Gra-
tię parvę quę est ipsius D. Pa-
triarchę et Monasteriorum Terrę
Forijulii, et aliam medietatem

V. Marino Cuppo pro uno anno pretio septuaginta quinque marcharum spel V. Marino Zorzano; et V. Marino Cuppo loco expensarum per ipsum factarum pro reparatione Castri Muchi, quod destructum erat per Iustinopolitanos; et quod vinum redditus ipsius V. Patriarche de Mugla conducatur Aquilejam propriis expensis ipsorum, et vinum redditus V. Patriarche de Pirano, et vinum monasteriorum Terre Forijulii, Dominarum S. Marie de Aquileja, et monasterii Belinensis et Ecclesie S. Stephani sine aliqua Datio. Ex Lupido Bellonae c.

1269 22 Ianuarii in Curtali Aureum

Cum Veronensis Ecclesia proprio vacasset Episcopo et Pastore, Capitulum ejusdem Ecclesie convocatis qui erant evocandi et qui de jure interesse deberent elegit sibi in Episcopum et Pastorem V. Claudinum Archipresbiterum Veronensem virum ornatum moribus et litterature scientia preditum. Quidam vero ex eodem Capitulo elegerunt quendam Guidonem fratrem Mastini Scaligeri tunc Verone generalis Capitanei. Gregorius Patriarcha viso et diligenter examinato utriusque electionis decreto

1268

Gregorius Patriarcha locat ad duos annos Marino Zorzano, ipsi Domino Castello Venetiarum recipienti pro se Stephano Cuppo et Marino fratribus decimatum in Istria vinearum quatuor mille centum et viginti octo amphorarum vini, quas Terre et Communi Venetiarum [illegible] ex pacto conducere annuatim de Istria in Venetias, alii et multam Montisfalconis tam de vino quam de aliis rebus pro sexcentis marchis argenteis, quos Patriarcha convertit in assoldandis militibus et servientibus equitibus, et pane, vino carnibus et aliis expensis in exercitu contra Albertum Comitem Goetie paratum Ecclesie Aquilejensis et terre Forijulii, [illegible] Pacta vero locationis hec enuntiantur. dictum vinum possit vendi in Aquileja ad grossum et minutum, non carius quam ceteri cives Aquilejenses vendant; non ex gabella ultra mediam marcham pro qualibet amphora; nemini excepto Zorzano et Cuppo liceat facultas ducere vinum in aliqua quantitate per mare de Istria usque Palazzolum per septem [illegible], si occasione belli partium exercitationis impediatur Patriarcha debeat restaurare quantum nominati Zorzano et Cuppo [illegible], vel dapnificati fuerint simul.

hanc pronunciavit sententiam: Quia illi qui elegerant praedictum Guidonem excommunicati sunt et excommunicatum elegerunt, electionem de ipso Guidone factam pronunciamus et dicimus esse nullam, electionem de dicto Clarendino factam confirmantes, habito Consilio sapientum ex Lupico. A.G.M.C.

1269 24 Aprilis Glemone

Amatus Capitaneus, Consules et Commune Glemone constituerunt et fecerunt certos Syndicos et Procuratores, et licentiam et auctoritatem eis dederunt ut possint vendere et concedere terras ipsius Communis secundum quod eis melius videbitur expedire. Ex Nobilis not. A.C.M.C

1269 31 Augusti in Civitate Austriae

Gregorius [illegible] infirmus corpore, sanus tamen mente suum testamentum condere voluit in quo [illegible] de sua [illegible] sepulturae [illegible] [illegible], et [illegible] remunerationem quam quisque ex suis famulis [illegible] [illegible] in hunc modum de rebus suis disposuit.

Marcabello de Tricano reliquit equum suum baizum quem donc habuerat a D. Candone de Montelon-

90 ejus nepote

camerariis majoribus, scilicet Johanni de Carinola lectum suum cum culcitra, cooperturas de grisis et cortinam cum qua pone solet in camera in hyeme, Johanni de Zuccula cuppam unam argenteam quam voluerit eligere, Rolandino de Weimperch duas scutellas argenteas quas voluerit eligere.

Tancreo de Montelongo nepoti suo reliquit dextrarium suum valentem palafredum et Johanni Archidiacono Agrigenti nepoti suo alii nepoti destrarium eorum.

Paterni[illegible] relquit [illegible] Dalmaticas stolas sindones et reliqua sceleriora sua ecclesiastica indumenta.

Magistro Arcanio medico suo de Perusio reliquit viginti marchas et palafredum suum Terrantem: magistro Laurentio phisico de Civitate marchas quinque, et magistro Guidelotto phisico de Perusio marchas tres.

Johanni de Lupico scribe suo dedit in adjutorium dotis Gueraltte ejus filie marchas decem.

Medietatem Biblie sue magne reliquit fratribus minoribus de Civitate, et

aliam medietatem fratribus Predicatoribus
Bibliam vero suam parvam dedit d.
Gregorino plebano Glemone filio suo
... expens

Et super predictis omnibus laudes et
... post ... suum ...
... et ... Archidiaconum
Aquilegensem ejus nepotem cui nomi-
ne donationis ... dicitur inter vivos
fecit alias res suas omnes et varia-
rum aquarum, cortinas vestes, anulos, vasa
aurea et argentea, quam alia quo-
cumque nomine censeantur et habito con-
silio fratris ... Ordinis Minorum
et ... fratrum Predicatorum dis-
ponat de ipsis non minus quam de ve-
tus ... omnium bone memorie d.
... Episcopi Concordiensis que, ad
ejus manus pervenerint, pro ani-
ma ipsius d. Patriarche quod melius
videbitur expedire. Ex... Anno

1300 ... septembris ... estate ...,

Ex quinque mansis et dimidio sitis
in Terrenzano quos ... Patriarcha
... a filiis ... Fulcherii de Flagana,
unum et dimedium dedit habendos Deca-
no et Capitulo Ecclesie Aquilegensis, et
ceteros Ecclesie Civitatensi ut in ...
... cum eorum ...

qui anniversarium annis singulis celebra-
retur. A.C.C.

1269 5 Septembris in civitate Austriae,
Martinellus Rubei et socii ejus muta-
rii Clusae, Tulmetti et Segule promittunt
solvere et dare D. Johanni Archidiacono
Aquilejensi quadringentas marchas Aqui-
lejensis monetae pro sepultura D. Grego-
rii Patriarchae si Deus eum tollere vo-
luerit de hac vita, et in satisfactione
donationum factarum per eundem D.
Patriarcham familiaribus et aliis ser-
vitoribus suis prout continetur in
suo testamento. Pro quibus quadrin-
gentis marchis idem Martinellus no-
mine proprio et sociorum suorum
confessus fuit recepisse ab ipso D. Pa-
triarcha et in se habuisse:

Crucem unam auream ornatam la-
pidibus pretiosis:

Calicem unum de onichino et calce-
donio ornatum auro et perlis et la-
pidibus pretiosis.

Conchettam unam de onichino et cal-
cedonio ornatam auro.

Fermalium unum de auro fac-
tum ad modum scuti cum camadiolo.

Fermalium unum longum de au-
ro cum duabus aquilis et lapidibus

pretiosis.

Duas ampullettas de cristallo et calcedonio ornatas perlis una cum comadiolis.

Anulum unum aureum Pontificale magnum cum lapide zafiri.

Anulum unum aureum cum brancis cum lapide Zaffiri.

Anulum alium aureum parvum cum lapide balassi.

Anulum alium parvum cum smaragdo, et anulum alium parvum cum rubinio.

Quae supradicta omnia ipse mercatores dixit se expignorasse pro ipso D. Patriarcha ab illis de domo Pertinari de Venetiis pro tribus millibus nongentis libris ad grossos.

Insuper data fuit ei potestas expignorandi si vellet Textevangelium unum deauratum cum lapidibus pretiosis et perlis: Mitram unam cum smaltis et lapidibus pretiosis et perlis. Anulum unum cum rubinio, et anulos octo aureos cum smaragdo quae obligata sunt pro pignore D. Albertino Mauroceno civi Venetiarum, et cuidam Dominae de Apulea uxori D.. Pandulfi de Prato, et unum

anulum aureum cum balasco quem habere dicuntur Marinus et Stephanus Cuppo de Venetiis.

Et hec omnia acta sunt ea lege et pacto quod predictus Martinellus et socii habeant et possideant dicta clenodia ab hinc usque ad duos annos integros, et si interim aliquis moveret eidem Martinello et sociis questionem vel faceret violentiam contra iura predictarum mutarum et pegule, nec possent ideirco percipere sicut debent, liceat eis tenere et possidere dicta clenodia in satisfactione damnorum que passi fuissent. Si vero usque ad predictos duos annos non moveb_ tur dicto Martinello et sociis aliqua questio vel eis non fiat aliqua violentia ipsi Martinellus et socii libere restituere teneantur omnia et singula clenodia absque solutione alicuius pecunie illis quibus deservire debebant.

Ex Cupis A. CCCC

1269 8 Septembris.

Ulricus Dux Carinthie et Carniole Philippo fratri suo et heredi commendum Coruleorum denuntiat mortem Patriarche Gregorii et hortatur quod velit instare precibus studiosis apud D. Otto_

charum Regem Bohemiæ eorum avun_
culum ut eum commendet Capitulo et
ministerialibus Ecclesiæ Aquilejensis Ita
ut eum eligant ad Patriarchalem di_
gnitatem, quod facilius fiet nam,
ut ipse ait, omnes Canonici et minis_
teriales Se habere pro Domino aspi_
rant. Acc a.

1269 8 Septembris

Gregorius Patriarcha in Civita_
te Austria hora sexta obiit in
Domino. Rexit Patriarcha XVII. an_
nis, X. mensibus et XVI. die_
bus. chron. Jul.

1269 14 Septembris

Nobilis vir Volricus Dux Carin_
thiæ, electus fuit per Forojulien_
ses in Capitaneum Forojulii: qui
eodem anno die vigesima septi_
ma octobris mortuus est in Civi_
tate Austriæ. Chr. Jul. (12)

1269 24 Septembris

D. Philippus frater D. Ulrici Ducis Ca_
rinthiæ, olim Archiepiscopus Salbur_
gensis electus fuit in Patriarcham
Aquilejensem die octava exeuntis Septembris: Sed privatus fuit per
Summum Pontificem et Curiam Ro_
manam, eo quod electio Patriarcha_
lis fuerat ante per Curiam Roma_

nam interdicta fuit cum, Apostolica se-
de vacante non confirmaretur, recep-
tus fuit, salva jure electionis Patriar-
chalis in capitaneum Forojulii. Et tunc
die Jovis in festo S. Gervasii equitavit
cum exercitu super D. Artuicum de
Castello fratrem Comitis Goritię no-
mine Alberti, comburendo, et rancan-
do bona sua ad burgum Castelli inl.
Chron.

1269 24 Septembris in civitate Austrię
Ulricus Dux Carinthię etc. et totius
Forijulii Capitaneus generalis D. Philip-
po fratri suo electo Aquilejensi si-
gnificat quod mortuo Gregorio Pa-
triarcha die octava Septembris et
in Ecclesia Civitatensi honorifice tu-
mulato, Suffraganei et Capitulum
Aquilejensis Ecclesię die vigesima
quarta dicti mensis se collegerant
in unum apud Aquilejam de fu-
turo Patriarcha tractantes, et quod
unanimiter et concorditer eum
elegerunt in Patriarcham et Domi-
num Ecclesię supradictę. Qua prop-
ter rogat eum quatenus onus
tam egregię dignitatis volenti ani-
mo assumat juxta petitionem ido-
neorum nuntiorum ad eum ve-

nientium et iuxta requisitionem eius ecclesię diversis procellarum fluctibus conquassata per eum mediantibus amicis et consanguineis quibus eius prosapia dinoscitur predicata quietis gaudia percipere ~~perficere~~ et tam spiritualibus quam temporalibus proficere poterit incrementis. Hortatur denique quod inclito Regi Boemię aurem auriculo pro eius promotione ubere reddat quem Karinn actiones et circa quavanuna et offensas quas homines Comitis Goritię et Iustinopolitani Ecclesię Aquilegiensi et toti terre Foriiulii nequiter inferunt eius quesimoniam prout expedit exponens commendat. ACCO.

1264 ... septembris

Hulricus de Castellerio canonicus Aquilegiensis et Vicedominus Terre
2 Foriiulii vadit Clusam, vult se intromittere de Muta Clusę. Navas et Winus Senenses Mutarii de Clusa dicunt se esse de concordio cum D. Wecellone Abbate Moracensi, quod Abbas exigat Mutam usque quo D Iacobus Senensis erit concors cum D. Duce Capitaneo generali cum Capitulo Aquilegiensi et Consilio Terre Foriiulii, quod habent Mutam ut antea

1204 14 septembris Clusę

Ferus et Winus Mutarii Clusę in concordio fuerunt cum D. Wecellone Abbate Mosacensi quod colligere et recipere deberet Mutam Clusę quousque D. Iacobus eorum socius esset concors cum D. Duce Capitaneo nec non cum Capitulo Aquilegiensi et consilio Terre Foriiulii. Quod si ipse D. Iacobus non posset esse concors cum supradictis Dominis, tunc prefatus D Abbas denarios Mute dictis Fero et Wino reddere teneretur. Si vero predictus D. Iacobus, supradictis Dominis Mutam di mitteret D. Abbas daret quibus dictos denarios D Duci aut eius Vicedomino sed tali modo quod dicti denarii non exirent de Carne Clusę Henricus not. ACCO.

dictus D. Abbas habebat. e.t.c.

1264 2. Novembris in Laybaco

Artelinus castellanus de Laybaco Hermanus de Ramenstayn, Herbordus et Otto de Owersperch et Serlochus de Hertemberch unanimi consilio et animo deliberato iurant manutenere eorum munitiones ad obedientiam D. Philippi qui est verus heres et princeps Terre, et se ipsos et dictum eorum Dominum protegere et defendere in personis ac rebus qui huius fundamenti transgressor extiterit perdat feudum et proprium e.t.c.

1264 15 Decembris apud Glemonam in pratis iuxta Tulmentum.

Artuicus de Castellerio Canonicus Aquilejensis, Vicedominus Patriarchatus, et Terre Forijulii Capitaneus Generalis cum consilio Consiliariorum Terre Forijulii qui ibidem aderant promittit hominibus et Communi de Glemona valide facere omnes res illis acceptas per comitatum de Osopio dehinc ad unum annum.

Absunt tractus inter alios contractus Castaldio Civitatensis et factus ius Gastaldie ibidem ex Laguna. e.t.c

1270 5. Ianuarii Aquilejae

Antonius de Castellerio Forojulii Capitaneus generalis tamquam Iconomus et Vicedominus Patriarchatus obligat Capitulo Aquilejensi fictus, collectas et redditus omnes Gastaldiae Carneae pro quadraginta marchis quas dedit Ambasiatoribus et Nunciis solemnibus missis in Bohemiam cum decreto electionis factae in capitulum Aquilejense de D. Philippo illustri Duce Carinthiae, Aquilejensi electo, pro obtinendo ejus consensu. Ex Copia. C.F.C

1270 5 Ianuarii in Civitate Austriae

Orta quaestione inter Marescalcos de Tricano ex una parte et Conradum Bayanum et ejus Consortes Johannem de Bulfinco et Henricum ejus nepotem ex alia: ~~ex testibus compertum fuit quod~~ pro equo qui portabat Capellam q. D. Gregorii Patriarchae: auditis testibus compertum fuit quod tam equus Capellae Patriarchae Ulrici quam equus capellae Patriarchae Bertoldi dati fuerunt Wolrico de Bulfinco aut cui successerat in dicto officio. Quapropter Warnerus de Cucanea canonicus Aquilejensis

in quem utraque pars se compromiserat
postquam citasset dictos mercatores ad
duos terminos ad audiendam sententiam
et ipsi venire non curassent, dictum equ-
um capelle Patriarche Gregorii olim de Cam-
vado et Iohanni et Henrico adiudica-
vit dedit. Corradus Not. C.F.C.

1270 20 februarii Glemone

Rectores et Commune Glemone mit-
tunt coram nuntios et procuratores
ad Capitaneum Patriarchatus et ad Reg-
vecentates Terre Forijulii promittentes
habere firma et rata omnia que
juraverint aut fecerint. Ex Thovius C.F.C.

1270 18 martii Pirani.

Consilium et Commune Pirani sta-
tuunt quod penes eos Patriarcha Aquile-
iensis qui pro tempore fuerit sua
iura Regalie, in hunc modum exer-
cere debeat

Patriarcha vel certus ejus nuncius ha-
beat licentiam veniendi Piranum ad
tenendum suum placitum Regalie om-
ni tertio anno cum duodecim vel ad
plus sexdecim hominibus

Per quindecim dies ante suum
adventum Patriarcha cridari faciat
suum placitum quod teneri debet a
Festo s. michaelis usque ad carnisprivium

et si nec ipse nec ejus Nuncius infra dictum tempus venerit, Communitas Pirani non tenetur Placitum custodire nisi in subsequenti tertio anno. Quod si ipse aut ejus Nuncius venerit conditione jam dicta Communitas Pirani ei dare debeat unum [illegible] de uno anno, septem urnas vini, et unum panem pro quolibet marinario de Pirano et bladum quod sufficiat ejus comitivae. De aliis vero omnibus ad ejus expensas spectantibus et necessariis ejus Gastaldio de Pirano provideat.

Patriarcha habeat in Pirano de habitatoribus et non de forensibus dictae civitatis unum suum Gastaldionem et tres Judices electos per duodecim Juratos de Pirano, et in quolibet de illis tribus diebus in quibus ibidem suum Placitum tenuerit, dare debeat prandium duodecim Juratis suo Gastaldioni, tribus Judicibus, uno Notario et Praeconibus.

Nullus civis aut habitator Pirani possit aut audeat percipere Gastaldiam Pirani per literas D. Patriarchae nisi tantum in Placito

Regalis tenendo, et qui contra fecerit solvat Communi ducentas libras venetorum, et sit in perpetuum privatus de omnibus officiis.

Si quis captus fuerit pro furto quod non fuerit nisi de fructibus, herbis, lignis, sarmentis et aliis similibus solvat Gastaldioni Laburarchi bannum octo solidorum.

Si aliquis magister lignaminum de partibus Forijulii per duos dies in Pirano laboraverit dare debeat unam operam Gastaldioni sed ejus expensis, et non plus de quanto in eo anno laboraverit. Similiter si quis de predictis secaverit in districtu Pirani

Si aliquis magister canistrorum de partibus Forijulii canistros fecerit in Pirano dare debet unum canistrum Gastaldioni. Similiter si quis de predictis partibus veniens fecerit Bavettas dare debet unam Gastaldioni.

Quilibet Caligarius de partibus Forijulii, usque dum fuerit civis Pirani laboraverit in dicta civitate debet dare annuatim Gastaldioni duo paria subtellarium, scilicet parum unum de vacha quod valeat soldos

rex in Nativitate Domini, et unum parum capre quod valeat soldos quatuor in Resurrectione Domini. Similiter quilibet Pelliparius de dictis partibus usque dum non fuerit civis Pirani debet annuatim facere Gastaldio-ni unam Varnachiam cum apparatu et pellibus.

Gastaldio Pirani in capite duorum annorum teneatur resignare Gastaldiam et non amplius illam tenere nec recipere per duos annos. Cod. Dip., Istr.

1270 29 Martii in villa S. Johannis

complures ex Extrinsecis de Portugruario in girone dicte Terre convocati fuerunt cum D. Fulcherio Episcopo Concordiensi in hoc concordio.

In bono statu dicti D. Episcopi, Terre sue et totius Episcopatus Concordiensis predicti Extrinseci de Portugruario obligant se et eorum bona.

Obedient, manutenebunt et defendent Episcopum, ejus Ecclesiam, Terram et jura Episcopatus contra quoscumque et si quis contrafecerit cadat a feudo et allodio.

Non recipient Potestatem, Capitaneum, Gastaldionem nisi quem Episcopus dederit nec ullam novitatem

in regimine admittent nisi quam ipse voluerit

Non facient juramentum aliquod vel conspirationem vel societatem in detrimentum dicti D. Episcopi et dabunt ei quatuor obsides quos voluerit

Bona Episcopatus sive per ipsos sive per alios data Feudalo Tambazotte restituantur dicto D. Episcopo.

Non portabunt arma alicujus aut aliquorum nisi de licentia dicti D. Episcopi

Possit dictus D. Episcopus tractare matrimonia inter ipsos et intrinsecos pro bono pacis et tranquillitatis et nullum matrimonium fiat sine ad unum annum sine ejus consensu.

Omnes cartae debiti et obligationis usque nunc factae et pertinentes ad D. Episcopum sint cassae et nullius valoris si probabitur quod debitores absoluti fuerint a D. Episcopo.

Cum autem D. Episcopus vidisset quod plures ex predictis Extrinsecis ac Portugruaro fecissent contra promissiones, obligationes et juramenta in suprascripto Concordio contentas Investivit jure recti et legalis feudi

D. Iohannem de Zuccola eius fratrem
et D. Walterpertoldum de Spilimbergo
de omni iure et actione quod aut
quam ~~habebat~~ aut sperabat ha-
bere in pecuniis et bonis tam pro-
priis quam feudis supradictorum ex-
trinsecorum sibi obligatis. Actum
1270 1° mai in Civitate Austrię

Considerata dilectione D. Ottakari
Regis Bohemię in personam Bonę me-
morię D. Gregorii Patriarchę et in
eius Ecclesiam, Capitulum Aquileien-
se simul cum Liberis, Ministeriali-
bus et Communitatibus Patrię, Fori-
julii faciunt confederationem cum
dicto Rege sub hac forma

Astabunt Regi Bohemię ad ma-
nutenendum honorem suum con-
tra omnem hominem exceptis
Ecclesia Romana et Aquilejensi et
Civitate Paduę.

Capitaneus electus per Forojulien-
ses jurabit attendere et observare
confederationem jam dictam toto tem-
pore sui Capitaneatus, et sic de ce-
tero faciant omnes qui in dicto
officio ei succedent.

Si Rex huiusmodi confederationis
formam acceptare noluerit, nec Aqui-

ejusdem Ecclesiam et Patriam Forijulii
sub ejus protectione suscipere, ac si per
se aut alios aliquid fecerit contra Ro-
manam ac Aquilejensem Ecclesiam et
Patriam, capitulo jam dictum, liberi
ministeriales ac Communitates Forijulii
ad observantiam praedictae confoe-
derationis in nihilo penitus tenean-
tur. A. h. u. o.

1270 5 mar. Glemone

Cives et Rectores Glemone mandant
Hermano de Soclavo quod hodie per
totum diem sub pena centum mar-
charum dimittat et absolvat filios
D. Pitoldi de Crojà de Glemona
per eum detentos; volentes treuga
inter eos esse debeat usque ad Dom.
Dominicam proximam venturam.
ex Nibisco Not. Alciere.

1270 2 aprilis in Civitate Austria

Aquinus de Varmo pro eo quod di-
cebatur occidisse capellanum guadiavit in
manus D. Philippi Ducis Carinthie non
tamquam Electi Aquilejensis sed tam-
quam capitanei generalis Forijulii sta-
re mandatis ipsius D. Capitanei, nec
discedere de ejus Curia absque ejus
licentia sub pena mille marcharum Aqui-
lejensis monete.

eodem die dictus D. Arquinus de manibus dicti D. Ducis et capitanei juravit servare treuvam firmam per se et amicos suos Johanni de Brayda Capitaneo Mossi occasione mortis Capidarii ab hodierna die usque ad quindecim dies post redditum D. Philippi Ducis Carinthie et Capitanei generalis Forojulii, qui sequenti die ivit Labacum; et datis inducis hoc promisit observare sub pena trecentarum marcharum. et similiter sub dicta pena predictus D. Johannes de Brayda juravit treuvas D. Arquino per se et amicos, excepto genero suo cujus idem Capodarius erat homo.

Eodem die D. Arquinus de Varmo guadiavit in manibus Andree de Canussio recipientis nomine et vice Communis Civitatensis, satisfacere ipsi Communi ad ejus voluntatem si habuit se gravatum de morte Capidarii quem dicebatur idem Arquinus occidisse in civitate. Ex Lapis. C.F.c.

1270

Wielmus de Scarfemberch, Nicolaus de Lavamberch, Otto et Ortolfus fratres de Laubrest, Suevdus de Calemberch, Garloschus de Hertem-

berch, Uscalchus de Lavemberch, Wol-
ricus de Scaunberch, Federicus dapi-
fer de Cuaich, Hermannus de Collovah
jurant fidelitatem Philippo Patriarchę
et Aquilejensi Ecclesię sub pęna amis-
sionis feudorum quę recognoscunt a
Patriarcha. Ex schedis Nicoletti. C.A.C.

1270 4 julii.

In festo S. Udalrici cecidit in Civita-
te Austria, et circa Civitatem grando
grossior ovis gallinaceis multo, quę fruc-
tus terrę, et arbores atque frondes cum plantibus et
cortices abstulit volatilia, et etiam qua-
drupedia quę reperit extra domos, in-
terfecit, et etiam homines, ut ferre-
batur. Chr. Jul.

1270 6 julii Brunę

Legati Regis Hungarię referunt Phi-
lippo Aquilejensi electo obtinuisse tan-
dem a Rege Bohemię quod admitte-
ret treugas sibi per Forojulienses
propositas, earumque votis annuisse
propter amorem et instantiam Regis
Hungarię. Videat igitur ne penden-
tibus iisdem treugis, terra aliqua do-
minii dicti Regis a Forojuliensibus
aliquatenus perturbetur. Alioquin
idem Rex Bohemię cum auxilio Re-
gis Hungarię injuriam sibi illatam
repulsabit. A.C.C.U.

1270 13 julii Utini.

Artuicus de Castello, Ludovicus, Odetal-
mus, Amulfus et Hendriguccius fratres
de Villalta qui non erant in gratia Ec-
clesiae Aquilejensis promittunt cum jura-
mento D. Philippo Aquilejensi electo, Tarvi-
sinae et Terrae Forijulii Capitaneo ge-
nerali obedire mandatis ejusdem D. Phi-
lippi petendo veniam de male operatis
in captione bonae memoriae q.D. D. Gregorii
Patriarchae. ex Copia C.P.c.

Inter testes apparent Adelgerius
Episcopus Feltrensis et Bellunensis, et
Fulcherius episcopus Concordiensis

1270 24 julii Concordiae

Cum in Capella S. Catharinae, quae est
in majori Ecclesia Civitatensi in qualibet
septimana celebraretur solemniter una
2 missa quae dicitur fraternitatis S. Catari-
nae cujus oblationes ad usus pauperum
et in utilitatem dictae Capellae convertun-
tur: Fulcherius Episcopus Concordiensis
de consensu Capituli Aquilejensis, Patriar-
chali sede vacante, et ad petitionem
confratrum dictae fraternitatis, omnibus
ad dictam missam confluentibus
et subsidia dictae capellae impendentibus
et vere poenitentibus et confessis quadra-
ginta dies de injuncta sibi poenitentia relaxat.
A C.C.B.

1270 19. ~~Augusti~~ julii Strigonii.

Stephanus Rex Hungariæ etc. dilecto caris_
simo cognato suo D. Philippo Aquilejen_
si electo Duci Carinthiæ et Terræ Fo_
rijulii Capitaneo generali. Conqueritur
quod expugnari fecerit Castrum
Perthnov quod dicitur esse castrum
Regis Bohemiæ. Cum autem in trac_
tatu pacis factæ inter dictos duos
Reges ipse Philippus exclusus sit
et de ejus persona tractatus specia_
lis habeatur, eum hortatur ut
ab eodem castro exercitum suum
removeat. A.C.U.C. Ex Lupero.

1270 10 Augusti in Civitate Austriæ

Cum grave dissidium verteretur et
guerra inter Zulkum et Pellegrinum
habitatores Glemonæ et ex eo Aquile_
jensi Ecclesiæ damnum non modicum
posset evenire Philippus Aquilejen_
sis electus etc. auctoritate Capita_
neatus qua fungitur, mandat Recto_
ribus et Communi Glemonæ quatenus
ordinare velint treugas inter præ_
dictos ad quindecim dies post ejus
reditum ab Hungaria, tali condi_
tione interposita quod si alter eo_
rum treugas hujusmodi violaverit,
duo millia librarum Veronensium

parvorum Aquilejensi Capitulo solve-
re tenetur. Ex vibiteo A C w c.

1278 23 Augusti Utini

Dominus Ascuinus Decanus Aqui-
lejensis protestatus est et dixit nomine
suo et nomine Capituli et domus Aqui-
lejensis quod illi panni et denarii quos
ipse Decanus et Domus Aquilejensis
faciebant dari D. Philippo Aquilejen-
si Electo etc. faciebant sibi dari non
tamquam Electo sed tamquam nun-
cio et Capitaneo generali Terre Fori-
julii et precertim pro vestibus et ex-
pensis suis, familie sue et quorun-
dam nobilium Ecclesie Aquilejensis
et specialiter ad eundum in Hun-
gariam ad Regem Hungarie cum
quo ipse D. Electus et Capitulum Aqui-
lejensis Ecclesie se confederaverant
occasione Regis Bohemie et Comitum
Gorizie. Qui Rex Bohemie ipsi D. Elec-
to in bonis patrimonialibus, et Ec-
clesie Aquilejensi in bonis suis, et
Comites Gorizie in bonis et juribus
ejusdem Aquilejensis Ecclesie magnam
violentiam irrogabant et dampnum.
Et ad tractandum cum dicto Rege
Hungarie de bono statu Ecclesie Aqui-
lejensis et Terre ac fidelium ipsius

ut quod auxilio et consilio ejusdem Regis possent se tueri a violentia Regis Bohemiæ et Comitum prædictorum, ex Lupico. A.C.U.

1270 6 septembris Utini.

Canonici et Capitulum Aquilejensis Ecclesiæ obligant Johanni Fulgeco de Civitate redditus omnes et fictus Gastaldiæ de Antro pro centum marchis Aquilejensis monetæ quas confessi sunt conversas fuisse in evidentem utilitatem Ecclesiæ Aquilejensis scilicet in expensis D. Philippi Ducis Carinthiæ, Terræ Forijulii Capitanei generalis et familiæ et equorum ipsius ab hodierna die in antea usque ad solutionem dictarum centum marcharum. Ex Lupico. A.C.C.U.

1270 19 septembris Glemonæ.

Consules, Consilium et Commune Glemonæ ab hodierna die usque ad festum S. Andreæ Apostoli elegerunt Capitaneum Terræ Glemonæ Jacobum Wirici ejusdem loci ita ut jus dominii sive Chyrdghi ejusdem Terræ habeat de bono et quieto ejus statu curam gerat et recte ac fideliter justitiam

omnibus administret. insuper dederunt eidem arbitrium super negotiis Terre ut eligat Ambaxatores locet vicinos ad portas tam de die quam de nocte, homines ad exercitum mittat, ponat aut mutet Castrorum custodes et omnia et singula faciat et ordinet que ad bonum statum dicte Terre pertinent et honorem. Ex Wibiso. A.C.U.C.

1270 7 Novembris Glemone

Nuncius D. Philippi electi Aquilejensis etc. dixit ex parte illius Consilio de Glemona quod per amorem et non de jure deberent dare dicto D. Philippo et suis unum pastum. Cui Consules responderunt quod libenter hoc facere volebant postquam petiverit per amorem, dum tamen quod eis idcirco non sit aliquod prejuditium. ex Wibiso. A.C.U.C.

1270 11 Novembris Utini.

D. Asquinus de Varmo qui dicebatur occidisse Capadarum et propterea sub pena mille marcharum obligaverat se stare mandatis D. Philippi electi Aquilejensis etc. et non recedere de ipsius curia sine ejus

licentia, est a dicto F. Philippo a culpa et a pena penitus absolutus. ex Lupico 171

1271

Episcopi suffraganei Ecclesie Aquilejensis nempe Sardanas Patavinus Albertus Tarvisinus Bartholomeus Vicentinus, Prosavius Cenetensis et Fulcherius Concordiensis in eorum litteris ad cetum Cardinalium missis deplorant statum Ecclesie Aquilejensis que sub viduitatis incommodo tot adversitatibus uritur, tot procellis involvitur tot tribulationum malleis conteritur, ut jam ipsa Dei genitrix, cujus vocabulo gaudet et nomine, clamare cogatur ad Filium, quod non solum in vestibus, sed et in membris propriis se doleat lacerari. Quapropter rogant quatenus Reverendum patrem D. Philippum electum absque dilatione dispendio confirmare velint aut saltem in spiritualibus et temporalibus curam sibi committere priusquam irremediabiliter Ecclesia predicta in se ac suis tempestatum fluctibus absorberi contingat. Rubeis 759

1271

Rudolphus notarius D. Philippo Carinthie Duci refert litteras suas et Episcopi Salzburgensis ejus avunculi presentasse ad D. Nicolaum et ad Vicedominum Frisacensem. Quibus lectis idem D. Nicolaus respondit quod in colloquio habendo inter ejus avunculos D. Regem et D. Episcopum Salzburgensem in Moravia super singulis vellet ei respondere. Princeps autem dixit quod Ecclesia Salzburgensis in pecunia sic tantum est exhausta ut non posset pecuniam talem vel ejus partem aliqualiter illi dare, et de decima de Traven respondit quod ad presens est causa inter ejus avunculum et Pueros de Traven pro decima memorata, et eis decima jam sint subtracta et in excommunicatione prohiberi ne per hoc possit solutionem dicte decime obtinere. Ceterum de bonis per eum in solo anno preterito receptis in colloquio quod secum habere vellet presentialiter ostendabit. A.C.C.O

1271 S. Marci Aquileię

Asquinus Decanus et Capitulum
Aquilejensis Ecclesię mandant Martino
Zorzano quatenus de veridus mille
et centum marcharum Svarę usui
salvat quatuordecim libras venetorum
grossorum Magistro Valtero
Canonico per eos missum ad Ro-
manam Curiam ad prosequendum
confirmationem electionis per eos
factę de nobili viro D. Philippo
Duca Carinthię. A.C.C.O.

1272 25 Februarii

in vigilia S. Mathię, Federicus de
Pinzano, qui tunc Vicarius erat
D. Philippi Capitanei in Forojulio
fuerat tamen circa horam ter-
tiam, jam dicta missa in majori Ec-
clesia armata manu intravit Ci-
vitatem Austriam Dominis Iohanne
et Wodolrico fratribus de Portis
ipsum introducentibus fraudulen-
ter et quasi pacifice tanquam ami-
cum Civitatensium, eis dicentibus
publice quod non veniebant cau-
sa mali, cepit Civitatem cum illis
de Prata et Purcilliis et Villalta,
ubi multorum abstulit bona: quas-
dam ultimum, quosdam alio ad suum

beneplacitum transmittendo et quosdam captivando: Carlucium Civitatensem, et unum ~~alium~~ de Prata decapitando, Sophiam Florete comburando, et volendo etiam alios decapitare; compositio eis, quod Terram dare vellent Tarcentibus. in captione Terre nullus vulneratus fuit, nec percussus. Chron. Iac.

272 27 Februarii in Civitate Austrie

Henricus de Portis et Boyanus Potestates nec non Consilium et Commune Civitatis Austrie jurant sequimanum nobilis viri D. Federici de Savorgnano Vicarii Terre Foriiulii generalis tamquam sui Rectoris et Capitanei usque ad adventum D. Patriarche Aquilejensis, qui rationabiliter ipsi Ecclesie per curiam Romanam erit datus. iurant insuper astare ipsi Federico et nobilibus viris Dominis Iohanni et Verzelletto de Prata, Henrico de Porcilais, Mavando de Fossalta, Ludovico, Detalmo et Henrico fratribus de Villalta et Francisco de Fontebono pro viribus et pro posse usque ad adventum D. Patriarche, ad honorem et bonum statum Ecclesie Aquilejensis

ipsos juvare, defendere et manutenere contra quoscumque eos offendere volentes preter quam contra Aquilejensem Ecclesiam et Commune Padue. Statutum tamen fuit inter eos quod supradicti Henricus et Boyanus officium Regie Potestarie habentes, usque ad venturum festum S. Georgii exerceant quidem, sed nihil faciant in dicto regimine sine conscientia et consilio predicti D. Federici aut sui commissarii, et quod ante dictum festum S. Georgii Commune Civitatis eligat alios Potestates qui in regimine Terre jurabunt facere omnia de consilio dicti D. Federici sub pena duorum millium marcharum. His peractis prefatus D. Federicus sicut Rector et Capitaneus, juravit Capitaneriam et regimen predictum usque ad adventum D. Patriarche, et memorati Domini de Prata, de Porcilis, de Fossalta, de Villalta, de Strassolt et de Fontebono juraverunt juvare, defendere et manutenere dictum Commune Civitatis Austrie contra omnes homines in rebus et personis, et in ipsam Terram nullam gentem introducere vel mittere contra Aquilejensem Ecclesiam et Commune predicto sub pena duorum

duarum millium marcharum. Henricus de Artenea not. A.c.c.

1272 6 martii Venetiis

Sex nobiles Forojulienses, idest Tattarus de la Frattina, Franciscus de Sbrojavacha, Iohannes de Arrano, Henricus de Flumine, Mengoslus de Arrone et Maurutius de S. Stefano, habita licentia a D. Laurentio Theupolo Venetiarum Duce magno spectatorum concursu agunt per tres dies Venetiis ludicram pugnam ac armipotentium virorum laudem ab omnibus consequuntur. Chron. Martini de Canale.

1272 8 maii

Die Dominico in aurora captus fuit burgus pontis Civitatis per Forojulienses fideles Ecclesiae Aquilejensis et quosdam Theutonicos D. Regis Bohemiae, ceedentes Federico de Pinzano, sicut certum fuit, quia nullo defendente val lo intraverunt.(a) Et eodem die cum burgus Pontis captus fuit, dictus Federicus de Pinzano fecit comburi burgum S. Petri et burgum S. Silvestri; et in nocte subsequenti clausit pontem la

(a) Eodem die recuperavit nobilis vir Ulricus Durnolz capitaneus Regis Bohemiae, cum exercitu magno, Civitatem Austriae, et obtinuit civitatem. etc. etc.

pideam Burgi S. Petri. Chron. Iul.

1272 14 maii

Civitas data fuit dicto Capitaneo Regis Bohemiae, et claves Civitatis ei assignatae per D. Detalmum de Villalta, qui fautor D. Federici erat in Civitate, et per quosdam Civitatenses. Chron. Iul.

1272 29 maii in Brampergo.

Cono D. Brunonis de Artenea, famulus et homo de masnata D. Matthiae de Glemona jurat pro se et fratribus suis quod dicto D. Matthiae et bonis suis portabit fidem et legalitatem prout famulus et homo de masnata tenetur suo domino facere et dare [illegible] Ex Archivio notarii [illegible]

1272 23 iunii

in vigilia S. Iohannis de Iunio paruit fulgur in quodam monte apud Isontium, ita quod mons ardens pluribus diebus emisit fumum quotidie ad quantitatem domus ardentis. Chron. Iul.

1273 2. Iulii. in villa de Boldara.

Gratiadeus Abbas monasterii Sextensis in plena Curia interrogavit Vassallos et Dancemanos suos utrum posset de jure se intromittere de possessionibus et bonis alienatis per D

Albertum quendam Abbatem monas-
terii predicti. Cui responsum fuit per
omnes quod bene valebat se de dictis
bonis alienatis intromittere, sed ad
hoc faciendum loco sui constitueret
unum de tenementis suis quecumque
sue vellet. Manfrinus not. A ...

1273 : Augusti in Portusnaonis

Federicus de Pinzano et Martinus
de Monteregali communes arbitri ac
amicabiles compositores electi in questio-
nibus vertentibus inter D. Henricum
Prepositum Utinensem, Vicedominum
Aquilejensis Ecclesie ac D. Ottokaris Re-
gis Bohemie Vicarium generalem Fo-
rojulii ex una parte, et Dominos Fe-
dericum, Johannem et Guecellettum fra-
tres de Prata, et Articum et Gabrie-
lem fratres de Porcileis ex altera
auditis et inspectis rationibus hinc
inde productis ac allegatis, hec inter
eos ab utrisque partibus observanda
statuerunt, scilicet quod Domini de
Prata et de Porcileis et eorum ha-
bitatores et homines de masnata qui
emerunt mansos, terras ac posses-
siones spectantes ad servitia, ministe-
ria et officia Regis Bohemie seu
ad ejus habitantias vel feuda de

quibus homines de masnata ab ipso Rege infeudati essent statim rassignare debeant in manibus D. Conradi Vendelaghi pro Regia majestate Capitanei Portusnaonis, et ministeriales, officiales ac homines de masnata habitatores et vasalli D. Regis qui dictos mansos terrae, habitantias et feuda vendiderunt, infra quindecim dies integre satisfacere teneantur illis qui emerunt

Statuerunt praeterea quod Domini de Prata possint et valeant facere pontem navium super flumen Nuncelli postquam terra est eorum ex utraque parte fluminis et dominatio aquae: ita tamen quod naves euntes ad Portumnaonis per praedictum flumen non impediantur per dictum pontem et si aliqua guerra oriretur supervenirit inter Dominos praedictos de Prata et de Porcileis de parte una, et hominibus Portusnaonis ex altera ita quod ad invicem truncaverunt et combaverunt se in simul, praedicti Domini de Prata teneantur et debeant dictum pontem destruere Ibidem not. c Pc

1273. 21. Decembris

Venerabilis Pater D. Raymundus Mediolanensis Episcopus Cumanus per D. Gregorium Papam et Curiam Romanam factus fuit Patriarcha Aquilejensis. Chro Jul

1274 14 Februarii in civitate Austrie

Henricus Prepositus Wardensis, Patriarchatus Aquilejensis Vicedominus et D. Othokari Regis Bohemie in Terra Forijulii Vicarius generalis significat judicem Theotonicum capitaneum et consilio Gimone, Iohannem dictum Mange ad gratiam D. Regis et Ecclesie Aquilejensis admissum et ad suam benevolentiam, eo quod dictus Iohannes cum Domino de Rosia ac cum aliis quibus dicitur iniurias intulisse et damna se concordavit ac composuit, omnem rancorem relaxavit et culpam. etc.

1274 2. Augusti

Raymundus Patriarcha venit in Forumjulii, videlicet Sacilum anno MCCLXXIV. Die Iovis secundo intrante Augusto; die Veneris apud S. Vodolricum; die sabbati Utinum, ubi stetit quindecim diebus; die autem Veneris decimo septimo intrante Augusto venit Civitatem. Die tunc Sabbati crastino compromisit cum D. Alberto Comite Goritie, Patriarcha in nepotem suum Potestatem Paduanorum, et Comes in D. Ulricum de Taufers, et communiter in D. Girardum filium D. Bia

quinis de Camino, de omnibus questioni-
bus, quae erant inter eos: ita quod in-
fra decem dies sententiare deberent,
vel communiter, vel maior pars ipso-
rum arbitrorum. et ipse Patriarcha et Co-
mes pro se, et amicis eorum facti sunt
amici. et interim ipse procurator fuit,
quod partes dimiserunt arbitros abso-
lutos, et Comes praecise exposuit se et
juravit stare praecepto d. Patriarchae,
et tractare per dictos Arbitros et alios
de compositione et concordia et pace
inter Patriarcham et Comitem. Dicto
Patriarcha petente Cormons Comiti
qui erat in camera Patriarchali in
Civitate super hoc; et inquirente quod
sibi daret Cormons Comes quasi ad
Raimundum consilium, latenter recessit.
et sine licentia occulte cum paucis
exiens Civitatem, recessit: et factus suus
inimicus ut prius, non obstante jura-
mento, et quibusdam securitatibus in-
per hoc praestitis. Chron. Jul.

1274. 7 Augusti Utini.

Frater Chunradus Preceptor domus Theo-
tonicae per Stiriam et Austriam, ma-
gister Henricus Praepositus Werdensis
et magister Chunradus Plebanus Procu-
ratores D. Othokari Regis Bohemiae et

ejus nomine fecerunt in scriptis D. Raymundo Patriarchae Aquilejensi petitiones infrascripti tenoris.

I Placeat D. Patriarchae quod ea omnia quae in Forojulio spectant dicto D. Regi, videlicet Portusnaonis cum possessionibus, villis, hominibus et juribus pertinentibus ad eundem sicut Dux Leopoldus qui Portum Naonis pecunia comparavit et postmodum D. Federicus pacifice possedit integraliter, et plene jure in dicti D. Regis potestate remaneat.

II. Omnia ea jura quae D. Ulricus olim Dux Carinthiae tenuit ab Ecclesia Aquilejensi in Carinthia, Carniola et marchia et specialiter Castrum et civitatem Windisgretz cum omnibus attinentiis ejus si D. Patriarcha illi et ejus heredibus vellet conferre, D. Rex libenter remanebit cum eodem in amicitiae unione protegendo ejus personam et bona contra quoslibet ejus adversarios ut fuerat antea cum suo Praedecessore Patriarcha Gregorio. Et omnia simpliciter recognoscat quae Duces Carinthiae habuerunt feudali titulo ab Ecclesia Aquilejensi.

III. Inorchatur D. Rex de omnibus

feudis quae Duces Austriae, Stiriae et Carinthiae ab Ecclesia Aquilejensi feudali titulo possederunt.

IV Concedat D. Patriarcha quod omnis controversia atque dissensio inter ipsum, et D. Albertum Comitem Goritiae mediante ipso D. Rege componatur

V. Amicitia inter ipsum D. Patriarcham et eundem D. Regem contracta aut contrahenda sub his utrinque conditionibus appositis et insertis promissis publicis instrumentis contineatur poenam debitam et condignam ut uterque sit certus de alterius amicitia.

VI Pro illa injuria, violentia et proditione quae patrata fuit contra D. Comitem male occupando Castrum Cormons tempore treugarum plena satisfactio eidem D. Comiti exhibeatur.

VII Nullus eorum quicunque sit qui adhaesit D. Henrico Praeposito Werdensi quondam Terrae Forijulii Vicedomino tempore sui regiminis incurrat ex hoc in indignationem D. Patriarchae, nec inde damnum in rebus aut personis patiatur.

VIII. Mutae, Castra Antenaeque et Clusae restituantur illis a quibus sunt recepta, et teneant illa usque dum sit satisfactum

de pecunia quae in custodia [illegible] castrorum et pro defensione Aquilejensis Ecclesię et Terrę Forojulii est consumpta, dum omnes Castaldiones administrare necessaria dictis castris contradixerunt, et in se per violentiam retinuerunt omnes redditus et proventus quod de jure dicto D. Praeposito assignare debebant. ex Walthero Not. C.F.O.

1278 4 Augusti Utini

Super petitionibus D. Othokari Regis Bohemię per suos nuntios propositis D. Raymundus Patriarcha habito consilio omnium suorum Consiliariorum determinata sententia respondit

Quod gratam acceptamque habet amicitię unionem quam D. Rex sibi proponit verum unio hujusmodi quomodo valida aut constans esse poterit nisi prius restituantur eidem castra, possessiones et jura Ecclesię Aquilejensis quę dictus D. Rex detinet occupata?

Petit igitur quod illa omnia quę in Carinthia, Carniola, Marchia et Forojulio ille abstulit Ecclesiae Aquilejensi sibi plene et integraliter reddere debeat, sicuti ipsi D. Regi mandatum fuit

a summo Pontifice

Non est intentionis D. Patriarche ipsum D. Regem molestare per se vel per alios super aliqua proprietate aut juribus que in Portunaonis aut in ejus pertinentiis habere possit; sed quoad feuda cum illa per mortem D. Ducis Friderici absque herede legitime decedentis sint ad Ecclesiam Aquilejensem devoluta, et ipse Patriarcha corporali sacramento sit Pontifici obstrictus quod que essent aquisita vel accepisse reperierit non alienabit, nec de novo infeudabit sine speciali Pontificis mandato, mirari non debet Regia majestas si in hac ejus petitiones contra proprium juramentum non exaudit nisi prius ostendat de eisdem feudis fuisse alias per Patriarchas predecessores investitum

Investivit quidem de feudis que Duces Leopoldus et Fridericus habuerunt in Stiria tum quia de eisdem ipse D. Rex fuit per Patriarcham Gregorium investitus tum quia Ecclesia Aquilejensis maximo sibi ducit honori Regem tante virtutis ac sapientie habere vassallum

Non sic de feudis et aliis juribus que d. Ulricus Dux Carinthie olim tenebat in Carinthia, Carniola et marchia quia cum ipsa per mortem dicti d. Ducis sine legitimo herede ad Ecclesiam Aquilejensem devenissent tempore quo sedes ipsa vacabat, numquam de ipsis fuit idem d. Rex per aliquem ex ejus Predecessoribus investitus. Quod si ipse favent ut ejus captavit amicitiam, videat ipse d. Rex si quam rejecisset perjurum Pontifici, amplexabitur eundem.

Circa castrum de Windisgratz et ejus forum, de quibus d. Rex petit investiri, notat Patriarcha quod castrum illud cum suis attinentiis fuit proprietas Patriarche Bertoldi ... et per ipsum Ecclesie Aquilejensi collatum ~~fuit~~ si eludens Dux Carinthie contra justitiam illud aliquo tempore occupavit ~~unquam quo~~ tamen ductus penitentia pro compensatione dampnorum Ecclesie Aquilejensi illatorum quedam jura sua que in Forojulio et in Istria habebat nec non castrum de Laibach cum attinentiis suis dicte Ecclesie tradidit et donavit, recipiens illud in feudum a Patriar-

cto Gregorio. Usum vero castri et fori de Windisgratz solum ad tempus vitę suę retinuit ex qua postea cum sine legittimo haerede decessit, et Frater ejus Philippus qui non solum dictę donationi consensit sed donationem ipsam nuper innovavit, et in sacris ordinibus constitutus Ecclesiae Aquilejensis haereditatem adiit, et jam per suos nuntios juramenta hominum excepit et in corporalem ejus possessionem intravit. Addendum est etiam quod castrum de Windisgratz ex quo per donationem Patriarchae Bertoldi Ecclesiae Aquilejensi cessit, proprietas ejus fuit et nulli unquam a subsequentibus Patriarchis infeudatum extitit. Nunc V. Rex petit a V. Patriarcha id quod a suis Praedecessoribus numquam factum fuit et quod, obstante juramento, ille facere non potest. Quod si ultra ea quę de jure ab Ecclesia Aquilejensi ei debentur feuda vel nova jura requirit, licentiam et auctoritatem impetret ab Apostolica sede cui semper et in omnibus Patriarcham inveniet obedire paratum.

Gratissimum fuit V. Patriarchae audire praefatum Regem velle cum eo particulare habere colloquium cum ex hoc amicitia inter eos melius firmari ac perfici possit et ube-

viera ad ejus Ecclesiam provenire et
ipsa spectat beneficia quapropter eidem D.
Regi loci et tempori[s] determinationem de-
relinquit

Si salva Sedis Apostolicae reverentia
et juribus Ecclesiae Aquilejensis conve-
nientius et acceptius regalibus oculis res-
pondere valeat aut possit, id faceret equi-
dem ut requireret D. Rex quantum ejus
auctoritati sit devotus et qualem sui
honoris zelum gerat in ejus defen-
sionem si opus esset personam suam
exponeret et fratres et nepotes et ami-
cos: Verum cum ex praestito juramen-
to et onere sibi imposito sollicitudine
teneatur omnia jura suae Ecclesiae re-
cuperare et defendere petit humiliter et
instanter quod castra et jura quae D. Rex
detinet sibi cum proventibus restituat in
secundum quod per D. Episcopum Olomu-
censem sibi a Pontifice est injunctum:
petit uno verbo quod D. Rex faciat quod jam
facere promisit; nam ex ejusdem litteris
et per publica instrumenta constat quod
cum illam Terram Forijulii proposuit recupe-
et defensandam
sic regendam, suscepit eam etiam
relinquere pollicitus est statim ac per
Sedem Apostolicam de legitimo Pasto-
re sibi provisum esset

Quod si S. Rex praedicta restituere nolet, non ideo S. Patriarcha contra ejus potentiam arma suscipiet, nec bellico tumultu sua jura defensabit, verumtamen hoc ipsum Summo Pontifici insinuare curabit et causam suae Ecclesiae illi judicandam remittet.

Licet juste de S. Rege ille conqueri possit utpote qui multa jura ab redditibus ejus Ecclesiae a multo tempore in grave ejus praejudicium detinet, nihil tamen super hoc hactenus Summo Pontifici nec Romanae Curiae significare voluit. At si ulterius in proposito detentionis injustae perseverare voluerit, cogetur S. Patriarcha apud Summum Pontificem suam querelam deponere.

Hic cum Ambaxiatoribus S. Regis conquestus est S. Patriarcha quod Capitaneus ejus Regis qui Portum Naonis tenet tam in succisione nemorum, quam in oppressione hominum in villa Marchis et ultra Ecclesiam Aquilejensem damnificavit, et quod Capitaneus Carniolae et Marchiae dictam Ecclesiam multiplicibus afficit gravaminibus et injuriis collectas et exactiones injustas Ecclesiis et clericis imponendo, Archidiaconum partium illa-

rum qui quasdam collectas pro Patriarcha ibidem exegerat capiendo, propriis rebus spoliando, et collectam pecuniam auferendo. unde petit quod hujusmodi excessus per providentiam regiam corrigantur

Coram d. Patriarcha fuit tandem propositum quod cum d. Rex sit cum Comite Goritiae vinculo amicitiae ligatus non potest illum deserere nec debet contra Justitiam illum defendere vellet tamen ut ejus opera interveniente ut eos tamquam mediator ad concordiam adduceret.

Sive ex mandato Regis sive motu proprio ministrorum ejus hec illi proponerentur miratur Patriarcha quod d. Rex cum tali homine amicitiae nexum inire voluerit quem excommunicatum novit et in proprium Dominum fracta fidelitate versum cum illo scilicet Comite Goritiae qui Ecclesiae Aquilejensis semper crassus violentus extitit et oppressor, qui quae ex quo per Regales nuntios ei injunctum fuit quod Ecclesiam Aquilejensem in nullo offendere ac molestare deberet ex tunc usque ad praesentem diem ad valorem duorum millium marcharum damnificavit. Nihilominus ob reverentiam Regiae Celsitudinis eundem d. comitem si resipiscere voluerit, ad

ejus gratiam d. Patriarcha excipiat ita tamen quod nec maius ... de nec minus iustior punctatus de scelere in Predecessorem ejus commisso penas vel decernendas

Super quo d. Patriarcha postulat ut non solum a defensione talis viri d. Rex se subtrahat, immo vero utpote fidelis et ipse vassallus Ecclesie Aquilejensis non immemor Juramenti vassallatici si expedit si necesse fuerit ad defensionem matris sue Ecclesie Aquilejensis se potius preparet et exponat Dominus nobilibusque Regiis mandatis et per ipsos d. Regi quod auctoritatem habet a Sede Apostolica et mandatum quatenus omnes cujuscumque dignitatis status et potestatis qui Italiam cum armis intrare voluerint ad conturbandum statum Terre pacificum et ad hoc homines transmiserint tam venientes, quam mittentes quam etiam suscipientes, excommunicatos denuntiet. Ex Valtera. C.T.O.

1274. 13 Augusti Utini

Fulcherius Episcopus Concordiensis una cum extrinsecis de Portugruaro jurant treugas intrinsecis ejusdem Terre usque ad beneplacitum d. Patriarche sub pena duorum millium marcharum.

interim convenerunt quod prefatus Patriarcha habeat dominium et claves Portusgruarii et amoveat Potestatem qui nunc est ibi et ponat alium quemcumque voluerit pro anno presenti qui habere debeat a Commune Portusgruarii pro suo salario mille libras Venetorum parvorum dummodo per hoc juribus ipsius Episcopi et predicti Communis preiudicium aliquod non irrogetur.

Denique de omni controversia que vertebatur inter ipsos ex una parte et intrinsecos Portusgruarii ex alia, compromiserunt in dictum D. Patriarcham promittentes habere ratum et firmum quidquid per ipsum statutum aut ordinatum fuerit cum obligatione omnium eorum bonorum et sub pena decem millium marcharum.
ex Wallaro. c.7.o

1274 18 Augusti in civitate Austrie,

in plena Curia D. Patriarche Raymundi lecta fuit forma conventionis inite, inter ipsum Patriarcham et nuncios D. Alberti comitis Goritie in qua statuebatur:

Quod D. Comes ratione offense commisse in captione q.m D. Gregorii Patriarche et ratione damnorum

eidem illatarum et vassallis et subditis
ejus Ecclesie precise jurat stare man-
datis et preceptis D. Raymundi Patriarche,
et in scriptis nomina eorum qui fue-
runt secum aut in sua societate in dam-
nis et offensionibus dicti ejus Predecessoris
et sinovant et faciat securitatem de
servandis mandatis que ei injungentur.
tur.

Consentit Patriarcha quod fiat eligan-
tur unus pro parte D. Patriarche, alius
pro parte D. Comitis, et tertius eligatur
communiter ab utrisque, sine quorum
consilio D. Patriarcha nichil D. Comiti pre-
cipiet aut imponet. Securitas vero quam
prandicti offerunt et quam Patriarcha accep-
tat est ista videlicet quod ponatur in
potestate sua castrum de Lauspach cum su-
is pertinentiis custodiendum expensis ipsi-
us D. Comitis et quod secum jurare fa-
ciat vigintiquatuor suos ministeriales quod
si Comes precepta sibi facienda non obser-
vaverit astabunt Patriarche contra Comi-
tem ipsum et castrum cedent Ecclesie
Aquilejen. et insuper prestet securita-
tem duorum millium marcharum per
fracos de Forojulio. Quod si D. Comes
mandata sibi facta compleverit, Patriarcha
cautiones remittet et restituet eidem Cas-

suum antedictum.

Unde datis securitatibus et praestitis juramentis, D. Patriarcha elegit D. Gothofredum de la Turre Potestatem Paduae, D. Comes elegit D. Guidonem de Tawres, et hi duo communiter elegerunt D. Everardum de Cammino, qui super antedictis quaestionibus et controversiis quae inter illos orte fuerunt, potestatem habeant arbitrandi et sententiandi et quidquid per ipsos inter decem dies arbitratum et sententiatum fuerit Patriarcha et Comes firmum habebunt et ratum sub poena duorum millium marcharum.

His peractis D. Raymundus Patriarcha de consilio dictorum Dominorum Gothofredi Potestatis Paduae et Guidonis de Tawres, praecepit D. Comiti praesenti et mandata recipienti quod sub debito juramenti usque ad dictum terminum Dominicum det sibi in scriptis nomina illorum omnium qui fuerunt secum aut in suo servitio in captione D. Gregorii Patriarchae et in damnis et offensionibus eidem illatis et Ecclesiae Aquilejensi. Ex Valtero c. 70.

1274 19 Augusti in Civitate Austriae

D. Jacobus de Ragonea pro parte D. Alberti Comitis Goritiae praesentibus plu

vibus factibus dedit D. Raymundo Patriarche quandam cedulam in qua scripta erant nomina illorum qui in servitio dicti D. Comitis aut secum fuerunt in captione D. Gregorii Patriarche et in qua damna precipua recensebantur que illata fuerunt Ecclesie Aquilegiensi per Comitem Goricie ac suos amicos et servitores. Fatebatur enim in ea ipse D. Comes quod Castinopolitam primo et illi de Pirano et Isola destruxerunt Castrum Castelverde in servitio suo. Illi etiam interfuerunt in servitio suo ubi subscripte munitiones fuerunt expugnate et destructe videlicet Turris in Brugnento et alia domus ibidem edita. Item castrum Valchsperch destructum. Item castrum Muscke destructum. Item Castrum Weinawich destructum. Hoc quidem castrum fuit ministerialium quorum media pars attinet Ecclesie Aquilegiensi alia pars attinet Comiti. Item Castrum Zavilat expugnatum, attamen reedificatum.

Item interfuerunt ubi Castrum Moscaudi fuit acquisitum et partmodum reципатum

Item interfuerunt cum ipso Comite ac fratre suo Comite Mainardo in captione D. Gregorii, in quorum servitio fuerunt damna omnia que solent fieri in guerris.

Item quando D. Biaquinus de Mimiliano fu-
it per Carremanum et Henricum de Petra-
pilosa sic turpiter interfectus, tam D. Comes
quam Iustinopolitani et etiam D. Cono
frater occisi expugnaverunt castrum de
Petrapilosa et illud communiter destruxerunt.
illos autem malignos qui tam nefandam
rem fecerant decollari fecerunt. item
expugnaverunt castrum Cosiach et des-
truxerunt cum aliis servitoribus suis

Item D. Mainardus Comes quando
ivit ultra cum exercitu, ibi fecit
incendia et accepit spolia, sed in qua
quantitate non potest scire D. Albertus
Comes

Item in prima guerra quando idem
D. Comes Mainardus intravit Forum Iu-
lii expugnavit novum castrum apud
Braitspech [?] et ibi accepit spolia; et ea-
dem itinere expugnavit novum forum
in Montefalcone, et ibidem fecit dam-
na, et eodem modo ante Austriam ci-
vitatem incendiis, rapinis cum aliis
servitoribus suis de Brixina et alibi.

Item D. Fridericus Comes de Ortemburch
venit Goriciam in servitio Comitis quando
D. Gregorius Patriarcha venit ante Goriciam
cum exercitu, attamen nullum damnum
fecit ecclesie nostre apud Wipachum per

rectam manendo

Item D. Fridericus de Cavoriacho interfuit omnibus preliis que habuit D. comes cum D. Gregorio Patriarcha et Ecclesia Aquilejensi usque modo in servitio comitis.

Item D. Cono de Mudliano interfuit cum comite et in servitio comitis apud Pinguentum et apud Wolkepurch apud Maschar et apud Wienavich.

Item illi de Steyberch a tempore quando discesserant ad comitem et ad D. Ugonem de Duvino, fecerunt etiam hominibus de Kirkeniz et de Cos dampnum in servitio comitis una cum hominibus suis.

Item intellexit D. comes quod iuniores de Villalta sunt reformati gratie D. Patriarche et Ecclesie Aquilejensis, quod quippe diligit comes, et etiam recipit eos in compositionem suam, quia erant cum ipso in captione D. Gregorii Patriarche, et erant in servitio suo alibi locorum.

Item Dithmarus de Griffenvelse expugnavit munitionem Ecclesie Aquilejensis, que vocatur Antrum prope Avensperch in servitio et cum hominibus comitis auxilio. Ex Walkera c. F. O.

1278 21 Augusti in Civitate Austrie

Nobilis vir D. Gerardus de Camino coram D. Raymundo Patriarcha iurat dare

ipso D. Patriarcha lanam et pro utroque pacto ullo consilium sincere fuerit vigore, sed potius secundum misericordiam juxta dictum ipsius D. Patriarche, super preceptis faciendis & c. mihi Gorit. Ex Valvero c.f.o.

1274 25. Augusti in Civitate Austrie

Albertus comes Goritie, cum promisis-
set et juravisset stare mandatis D. Raymun-
di Patriarche et nominasset eos quod se-
cum fuerunt in captione D. Gregorii Pa-
triarche, et in damnis et offensionibus
Ecclesie Aquilejensis illatis, et D. Patriarcha
promisisset quod sine consilio fidem ac
litorarum nominatorum nihil ei preci-
peret et imponeret: super dictis man-
datis observandis posuit se in manibus
ejusdem D. Patriarche dans ei plenam
auctoritatem et potestatem precipiendi
et imponendi prout de ipsius D. Patriar-
che procederet voluntate. Ex Valvero c.f.o.

1274 15 Septembris in Civitate Austrie

Cum in electione plurimorum Paro-
chorum facta per Capitulum Aquile-
jense Sede Patriarchali vacante multi
insurgerent abusus: Raymundus Patriar-
cha volens Ecclesiarum suarum in-
demnitati providere et canonice et
legitimo modo easdem dedicari, obli-
gat Bonafidem de Brixia Canonicum

Aquilejensem et Plebanum de Legio, nec non Hotsthum de Nepulione Plebanum de Merin ad resignanda eorum beneficia mandans eis quatenus rationem de perceptis infra competentem diem sed [illegible]

Valeonus Civitatensis canonicus jussu D. Patriarche ponit in ejus manibus omne jus quod credebat habere in Plebe Invillino; et hoc idem facit Henricus de Guetz mansionarius Aquilejensis de jure quod credebat habere in Plebe Tarnochilonn. Simuliter D. Hermanus de Ortira Canonicus Aquilejensis intendens resignat in ejus manibus Plebanum S. Bartholomei de Marchia juxta Landestrait

1274 2. Octobris. In castris apud Manzanum. Raymundus Patriarcha notificat populis sibi et Ecclesie Aquilejensi subjectis se ad instantiam nuntiorum D. Ottokari Regis Bohemie fecisse treugas usque ad octavam S. Martini proxime venturi cum D. Alberto Comite Gorit. sub hac forma.

1° Si aliquis de una parte dampnificaverit aliquem de alia parte eligatur unus exutraque parte qui satisfactionem fieri faciat de dampnis illatis

11 Quilibet pars remaneat in tenuta lo-
corum, villarum et possessionum de
quibus erat in tenuta et possessione
quando X Patriarcha primum venit in
Forumjulium. Promittentes hec omnia
observare sub pena quatuor millium
marcharum. Rubeis 767

1274 5. Octobris Sacili

Electis arbitris ad componendam
questionem que vertebatur inter X. Ca-
narium priorem Hospitalis S Leonar-
di de Campomollo de prope Saci-
lum, et X Gualcinum de la Turre
castaldionem Canipe, definitum et
statutum fuit

Quod Castaldio Canipe custodiat
forum Rovoli tam in civilibus
quam in criminalibus, tam in vil-
la Hospitalis quam extra, exigendo
de omnibus apotecis, tabernis, domi-
bus et Cavaleriis taxationes sic im-
positas, iustificando mensuras, et
ius suum exercendo in omnibus
ad dicti fori custodiam spectantibus.

Item faciat expensas illis de
Canipa qui cum banderia erant
ad custodiam dicti fori stando ibi
tres dies, videlicet in vigilia et
in die S. Crucis et in die sequenti.

Ellapsis autem illis tribus diebus vocatur Prior Hospitalis et meriga dicte ville et ars danmutichen predicti fori castaldia

Meriga et homines dicte ville Hospitalis construant apotecas super dictum forum secundum antiquam consuetudinem accipiendo de omnibus apotecis de parte grossum unum de triginta parvulis

Gastaldio habeat a Priorato stabulum pro suis equis, et expensas pro se et uno famulo et lectum unum preparatum dormiendi donec stabit ad dictum forum

Gastaldio valeat mandare hominibus dicte ville Hospitalis quod faciant apotecas sub pena quadraginta denariorum, et illi sub eadem pena teneantur esse cum armis ad custodiam dicti fori.

Prioratus Hospitalis predicti possit et valeat ministrare jus summarium terrarum et forensibus in villa Hospitalis, et ejus jurisdictione, reservato criminali D. Gastaldioni de Camisa.

Ceterum Prioratus Hospitalis sit liber ab omni dominio, et sine

aliquo onere possit et valeat regere
et gubernare Hospitale praedictum, si-
ve Mason, sive villam Hospitalis
S. Leonardi. Yendramus Not. B. Chron. c.

1274 7 Novembris. Utini

In generali Colloquio statuitur quod
nullus ex Ecclesiae Aquilejensis subdi-
tis audeat pignorare, sive de bonis
suis auferre sine licentia D. Patriar-
chae. Et decernuntur poenae quae se-
cundum naturam et conditionem
delinquentium solvi debent. Ac u. c.

1274 15. Novembris in castro Utini in
palatio Patriarchali quod fuit Varneri
rum de Cucanea

Raymundus Patria in corrupit
abusus intromissos in electione Par-
rochorum facta a Capitulo Aquile-
jensi sede Patriarchali vacante et
primo amovet presbyterum a benefi-
cio S. Georgii de Gonevitz candi-
dum de Varmo utpote nondum
clericum et tempore suae electionis
adhuc puerum quatuordecim annorum

Amovet similiter a Plebe S.
Viti supra Laibacum Leonardum
de Cucanea qui defectu ac mi-
nus canonice eandem Plebem obtinu-

batinee non Odoricum de Glemona Ple-
banum S. Stephani prope illam, et Her-
manum de Bubeio Plebanum de Stagn
fuit citati ad ostendendum nomen Jura
super praedictis Plebibus comparere con-
tumaciter recusarunt. Ex Valvas Rever.

1274 10 Decembris Utini

Raymundus Patriarcha confirmat et
innovat Privilegium quo Antecessor suus
Gregorius de Montelongo Ecclesiam S. Pe-
tri in Sauneal contulerat provisionis
gratia Monasterio Sitticensi quod videb-
tur molquantium multiformes tribula-
tiones, et gravia damna sustinuerat,
ita tamen quod in eodem annis sin-
gulis ejus anniversarium solemni-
ter celebretur, et fratibus dicti Conven-
tus qualibet die sabbati ob reverentiam
gloriosae Virginis Mariae perpetuae in ma-
iori mensura vini et quarta parte for-
magii, ad consolationis pabulum ssancia-
tur. Ex Valvas C.S.c

1275 2. Januarii Aquilejae

" Raymundus Patriarcha cum audisset
set Ecclesiam Aquilejensem, tam in spi-
ritualibus quam temporalibus visitatio-
nis officio indigere, convocatis Canoni-
cis et mansionariis dedit eisdem

1274 26 Novembris.

incepit currere nova moneta, mutata per
venerabilem Patrem D. Raymundum Patriarcham
Aquilejensem Chron. Jul.

infrascriptas constitutiones

I Canonici, Mansionarii Ecclesie, Aquile-
jensis et Prebendarii S. Marie interve-
niant quotidie sacris officiis venien-
tes ad matutinum antequam finiatur
invitatorium, Ad Missam antequam
finiatur Kirieleison ad Vesperas et
alias Horas Canonicas antequam finia-
tur prima pars Si quis vero non
intervenerit ad matutinum perdat pa-
nes omnes illius diei, si quis non
interfuerit Misse, perdat unum illi-
us diei, et si non interfuerit Vespe-
ris, denarios illius diei amittat.

II. Canonici, Mansionarii et Prebendarii
quando erunt in divinis officiis habeant
in hyeme cappas nigras, in estate vero
cottas sive superpelicia. nullusque ipso-
rum teneat in capite capucium sine
cappa Quando vadunt per civita-
tem portent vestes honestas. Qui
transgressor extiterit puniatur ut pla-
cuerit Patriarche

III Omnes Canonici et Mansionarii
comedant infra menses ad claus-
trum et ibi ut mos erat suorum pre-
decessorum, maneant. Si quis hoc fa-
cere neglexerit, nihil percipiat de dis-
tributionibus quotidianis, et nihilomi-

nec nisi fuerit infirmus aut legitimo impedimento detentus puniatur ad libitum Patriarche.

IV Prebendarii S. Marie habeant domum prope Ecclesiam, et infra mensem ibi habitare debeant; alias puniantur ut placuerit Patriarche.

V Nullus predictorum intret tabernas vel ad aleas sive ad ludum alium inhonestum ludat. Tonsuras et coronas decentes deferant, nec vestes a Canone interdictas ferre presumat. Transgressores puniantur pena pecuniaria aut aliter prout visum fuerit Patriarche.

VI. Nullus de predictis alibi habitet quam in dictis domibus. Focarias et filios infra octo dies a se penitus abiciant non accessuri ulterius ad easdem. Alioquin sciant se esse excommunicatos, et insuper pena pecuniaria ad beneplacitum Patriarche mulctandos.

VII Nullus de predictis possessiones Ecclesie aliquas aut iura quovis titulo alienare presumat sine speciali licentia Patriarche. Alioquin nulle erunt alienationes et ipse quicumque fuerit excommunicationis vinculo innodetur.

VIII. Constituantur officiales qui tam de receptis quam de expensis rationem faciant

qui tenent redditus et proventus quotidia-
nis distributionibus deputatos, tali propor-
tione quod per circulum anni sufficiant,
et qui si mandato differunt pareant,
ad libitum Patriarchae.

IX Quicumque de predictis habet, sive
accepit aut usurpavit aliquid de mobi-
libus aut immobilibus Capituli aut Eccle-
sie Aquilejensis, illud restituat infra
mensem. Si hoc non fecerit se excom-
municationis sententiam incurrat,
et sit privatus officio et beneficio

X Constitutiones hujusmodi usque ad an-
num semel quolibet mense, annis
vero sequentibus bis aut semel in an-
no in Capitulo Aquilejensis Ecclesiae
legantur, presentibus canonicis, man-
sionariis et prebendariis ex altera. C.F.C.

1275 22 Februarii.

Illi de Cavoleto non possunt bis in heb-
domada accipere ligna mortua in nemo-
re de Ibeupe ex altera Bellunae

1275 26 Februarii. in Civitate Austriae,

Facta fuit compositio sub certis arti-
culis et pactis inter D. Raymundum Pa-
triarcham ex parte una, et Nobilem
virum D. Albertum Comitem Goritiae et
Justinopolitanos et eorum fautores ex
altera. Chron. Iul.

1275 18 Februarii Venetiis

Manfredus cazapetro et Iacobus Per-
suntensis Procuratores D. Raymundi Pa-
triarchae electi ad componendas quaestio-
nes cum Venetis ortas ex quibusdam
gravaminibus impositis tam in datiis,
quam in aliis per eundem D. Patriar-
cham in damnum Venetorum, post
multos tractatus habitos cum D. Laurentio
Theupolo Venetiarum Duce et suis Con-
siliariis, tandem ad talem concordiam
devenerunt.

Procuratores antedicti ex potestate
eis tradita et nomine dicti D. Patriar-
chae et Ecclesiae Aquilejensis laudant et
ratificant pactum per D. Patriarcham
Gregorium cum D. Duce Raynerio Zeno
factum in MCCLIV. die XXIV. Aprilis, et
jurant quod pactum illud fideliter ob-
servabunt et operam dabunt quod idem faciat D. Comes
Goritiae cum pacem inverint

Datia imposita super bobus et porcis
et aliis bestiis, nec non super lignamina
et carbone et aliis mercationibus vendi-
tis tollantur nec de cetero imponantur, et id
totum quod per Officiales D. Patriarchae
acceptum fuit eisdem Venetis sive quae-
stione aliqua restituatur.

1275 7 martii Glemone

Ex depositione testium facta coram Aquilee scriba D. Federici Abbatis Moca_censis apparet Hospitale in collibus Gle_mone fundatum fuisse a D. Marzutto de Glemona Episcopo. Martinus not. &c &c

1275 8 Aprilis

D. Walricus f.m D. Swarcimani de Cor_mons recognovit habere in feudum quatuor mansos sitos in villa Jastrop et tres mansos et duodecim campos in villa Mossa. ex Vattaco Bellunus.

1275 9 junii

investitio D. Federici de Apfolter de octo mansis in Apfolter et de sex vi_neis in monte Maraut ex Vattaco Bellunus

1275 13 Julii in Civitate Austrie

Slirajus de Mels asseruit se habere gastaldiam in Mels, Meleans, Avenzo_ne, Adeliacho, S. Salvatore, Caballo, Sauch, Andrio, ~~Carnico~~, ~~[illegible]~~ et in Carnea, nec non in Lusiniacho, Blisiano, Claufano, Tam_nico, Zelattis et Avarinis: et quaere_batur coram D. Patriarcha quod ipse seu Officiales ejus super hujusmodi suo Ga_staldiatu impediant quapropter per senten_tiam Curiae datum est ei [illegible]

Si per Patriarcham Gregorium datia ali_qua imposita, aut novitates aliquae factae sunt contra formam pacti praeallegati, revocentur.

Patriarcha per suam fortiam permittet et concedet stratas liberas et apertas merca_toribus et mercationibus, ita quod libere et sine impedimento per eas ire, stare et redire possint; et si aliquid per supradictos Officiales perceptum fuit ab ipsis mercatoribus occa_sione ordinamenti aut impedimenti facti per eundem D. Patriarcham de dictis stratis, id totum eis restitutum erit antequam aliquis alius per eandem viam ire possit

Ex alia parte dictus D. Dux suo et Com_munis Venetiarum nomine ratificat et con_firmat pactum aliud factum per eorum Re_gimen cum D. Gregorio; et si aliquae novita_tes factae sunt contra formam pacti praedic_ti eas remittit et super datiis et stratis quae pro parte Ducis tolluntur, fiet quod tolli possint sicut hactenus tollebantur. &c &c

1275 9 Julii in Civitate Austrie

Petrus Anselmus ex parte D. Ducis Venetia_rum petiit a D. Raymundo Patriarcha quod pacta olim inita inter ejus praedecessorem Gregorium Patriarcham et D. Ducem et commune Venetiarum, et per ipsum D. Ray_mundum Patriarcham innovata pactumque et confirmata juret se inviolabiliter obser_vaturum. et tunc D. Guido Praepositus de Ci_vidato, de licentia habita super hoc parabola a praedicto D. Patriarcha in animam ipsius ad sancta Dei Evangelia corporaliter juravit quod ipse D. Patriarcha omnia capitula in dictis pactis contenta secundum antiquam consuetudinem observabit &c &c Henricus not.

facere debeat demonstrationem de huiusmodi suo iure in dictis locis. exequtivo etc.

1275 17 Julii

Investitura unius molendini in flumine Sdobe facta D. Lazaro dicto de Zoliacho civi Iustinopolitano iure recti et legalis feudi ex Regesto Bellonii

1275 22 Julii

Investitura D. Henrici q.m Iohannis de Civitate unius mansi in Plebe Wavrie in villa dicta Podgori iure recti et legalis feudi ex Regesto Bellonii

1275 8 Augusti in Civitate Austriae

Bernardus de Ragogna Prepositus Concordiensis, Decanatum Civitatis Austriae acceptavit, ex quo Decanus et Capitulum Concordiense ad electionem novi Prepositi procedere intendebant asserentes dictam Preposituram ob acceptationem prefati Decanatus esse vacantem. Verum cum dictus Bernardus de Ragogna legitime probaret coram Patriarcha se cum ab Innocentio quarto Pontifice dispensatum fuisse, ut ipse beneficia cum cura animarum usque ad summam centum marcharum recipere valeret et dicta

retinere: Patriarcha de concilio sapien-
tum ejus electionem confirmans de-
cernit illam posse auctoritate dispen-
sationis predicte dictum Decanatum ac-
ceptare et eundem Prepositurum reti-
nere et monet Decanum et Capitu-
lum Concordiensem ne ad electionem
novi Prepositi procedant. ACC 6

1275 6 septembris

investitio Federici q.m Hermani de Ru-
dach iure recti et legalis feudi de
villa de Zoppa apud Weydrach, de
quinque mansis in Varmi de tribus
mansis in Cusspach; de quatuor man-
sis in Uheim, de tribus mansis in
Lagensa, de quatuor mansis apud Ty-
nim, et de omnibus decimis spectan-
tibus ad dictam villam et eisdem man-
sis iuxta morem Theotonicorum ex Lu-
pico Bellonus

1275 2 octobris

Recognitio feudorum Walanpius)
Jacine de castro de Mira civis Iustinopo-
litani de medio manso in villa Coz
et de una banda de caranto quaties-
cumque d Patriarcha tenet placitum
regale in civitate Iustinopolis. ex
Waltero Bellonus

1275 2. Novembris Glemone

Bonacursius de Turre Capitaneus Glemone, et Gastaldio Carnee promittit loco et vice D Patriarche solvere et dare D. Bertoldo Craya de Glemona pro custodia turris S. Laurentii de Carnea duodecim libras Veronensium parvorum in capite cuiuslibet mensis. Qui D Bertoldus sub pena ducentarum marcharum custodiet bona fide dictam turrim et grandeum que sibi dictus D Bonacursius pestavit ipsamdabit aut Patriarche qui pro tempore fuerit et non aliis personis ex nobiscum. Actum.

1275 30 Decembris

Recognitio feudorum D Geroldi de Cayro scilicet de quinque mansis in Bovi; de quinque mansis cum dimidio in Magredis, de uno manso in Siacho, de uno in Zivacco et de uno in Montequacco. Insuper de uno prato in Cassacco et de decima dicte ville, nec non de Bellina ville de medio et de fructis cum medietate Decime ville, de Cayro ex Valtero feltonus.

1275 31 Decembris Aquileje

Arquinus de Varmo resignat in ma

nibus & Raymundi Patriarche, omnia sua
bona que habebat in Cisterna, in Sviglans
in Visandono, in Paceniano in campi-
formido, in Rivaro, in Triviguano
in Castro de Ptuis in S. Eliseo et in
Ravenstayn: et memoratis D. Patriar-
cha volens Federico, Valterpertoldo, The-
baldo, Vicampvando et Palamidesio
fratribus et filiis dicti D. Regnier gra-
tiam facere specialem prefatum Feder-
cum pro se et suis fratribus recipien-
tem cum quodam capucio quod suis te-
nebat manibus de predictis bonis li-
beraliter investivit. ex Lupici. A.M.U.C.

1276 25 Septembris

De duabus partibus decime omni-
um Novalium de territorio Castri
2 Zobelspach per annos viginti sol-
vendo unum staurum et quinqua-
ginta caseos. fit Investitura D. Conra-
di de Ortenburch. ex Valtero Ballone

1276 11 Septembris

Fuit Natisa tam magna, quod fuit
extra ripam usque ad murum Quarterii
I s. Pauli, et etiam ascendit per ipsum
murum, et destruxit plures domos ab
inferiori via versus Natisam exsisten-
tes, deferendo quidquid invenit destruxit

omnia molendina, et portam et muram Pucheruulg factam in defensionem civitatis. Ad pontem ascendit usque ad supremum gradum; et tamen de summitate majoris saxi pedis pontis civitatis remansit aliquantulum, quod aqua non transcendit. Chron. iul

1270

In novembri vendebatur frumentum XXX denariis, et etiam plus milium XXII. Surcium XIV. et etiam XVI. denariis.

Item die sabbati penultima ianuarii vendebatur frumentum XXXVI. denariis, et tantum siligo et surcium XXVIII. denariis.

Item ascendit frumentum ad L. denarios, milium ad XL. Surcium etiam ad XXVII et plus.

In principio martii, die sabbati sexto intrante martio finaliter positum fuit frumentum pro XL. denariis, et siligo et faba pro XXXVI. milium pro XXVIII. Surcium pro XXIV. in mane solvendo. Chron. iul.

1276 26 novembris Utini

Wilielmus Gastaldio et communa civitatis Austrie requisiverunt certam quantitatem curruum pro exportando fimo de foro dicte civitatis, et inter

et villis circumjacentibus aliqui ex massariis Capituli fuerunt ad hoc faciendum vocati. Decanus et Capitulum dictae Civitatis putaverunt hoc factum fuisse contra Ecclesiasticam libertatem, ideoque quamvis assenuissent quod ipsi ratione habita diligenti errorum massariorum suorum pro rata voluntate ad id concedere sint parati, eorum tamen querelam ad D. Patriarcham producere non omiserunt. Qui nolens ad hujusmodi angarias dictos massarios compelli contra ecclesiasticam libertatem mandat dictis Gastaldioni et communi quatenus desistant de eo quod dicti Decanus et Capitulum exhibent, eorum massarios ultra id nullatenus molestent. etc.

1270 1° Decembris in civitate Austriae

In quaestione vertente inter D. Bonifacium Abbatem Monasterii Belinensis ex una parte et D. Leonardum de Tricesino ex alia circa jus Capellatici persolvendum a massariis, quaerente D. Patriarcha quid Juris esset? sententiatum fuit quod in villis in quibus Capellaticum persolvitur, talis ratio sive consuetudo est hactenus observata, videlicet quod quilibet massarius residens cum foco

super aliquo manso, unum medium, scilicet buda staria annone dare pro copulatico consuevit et debet. Et quotquot massarii fuerint super uno manso cum focis tenentur et debent pro unoquoque domo unum medium annone persolvere atque dare. Et licet unus massarius habens unicum focum decem mansos aut plus vel minus colerat, nisi tantum unum medium persolvere tenebatur. Henricus Not. C.F.c.

1277 15 ianuarii

investitura Encasii de Caono de tribus mansis et uno molendino de suo avolo ex Vattino. Bellunar.

277 24 februarii in Venzono

Iohannes Pugco de Glemona per platheam et per vias Venzoni proclamavit ex mandato D. Patriarche

2 quod aliqua persona non debeat a crastino die in antea mercandatias aliquas per Clusam vel Turrim conducere nisi prius acceperit litteram sigillatam D. Capitanei Glemone quicumque contrafecerit perdet mercandatias. ex Nibilio J.c.u.c.

1277 12 februarii

in Capitulo civitatis, canonicis cum Ve-

cane generaliter congregatis, communi-
ter et ~~generaliter~~ canonice per nos indultum et
constitutum fuit, quod ex tunc Presbyte-
da cujuslibet mansionarii primo anno
post illius decessum pro anima ipsius
cederet Capitulo Civitatis, ad emendam
proprietatem pro anima ejus, prae-
sentibus in ejus Anniversario more
solito. Chron Jul.

277 11. martii.

Mutata est moneta, quae habebat
Patriarchae imaginem interius, et tur-
rim exterius, quae valuerat XII Ve-
ronenses in monetam [illegible]
positam XVI Veronenses, habentem in-
terius imaginem S Mariae cum filio
et exterius ~~[illegible]~~ Aquilam

Item eodem anno die septimo
intrante Aprili fuit proclamatum
in parte Patriarchae, quod ex tunc
daretur tantum pro XIV Veronen-
sibus, et illa nova, quae tunc curre-
bat, differens a priori in duabus
crucibus parvulis interius et ex-
terius. Chron Jul

1277 7. Aprilis

Inceptum fuit fodere, et constru-
ere fontem apud Domum Commu-
nis primo Chro Jul

1277 13. Maii. in civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha et D. Ugo de Duino nuntius D. Alberti comitis Goritie fuerunt concordes

Quod pax et concordia que facta fuit olim inter ipsum D. Patriarcham et dictum D. Comitem debeat observari. et si in capitulo aliquo observata non fuisset, eligantur duo pro parte qui discernant et cognoscant quinam eorum contra aliquod capitulum dicte pacis venerit aut fecerit et tunc illi quatuor electi habeant potestatem judicandi super predictis prout eis videbitur expedire.

Predicti quatuor electi attendant et videant de damnis hinc inde illatis postquam facta fuit predicta pax et quidquid dixerint et arbitrati fuerint super predictis debeat ab utraque parte inviolabiliter observari

De cambio Glemone dande D. Comiti prout continebatur in contractu dicte pacis illi quatuor electi debeant videre et arbitrari et quidquid super dicto cambio statuerint debeat a partibus observari sub pena quam imponere voluerint

Et tunc incontinenti D. Patriarcha ele-
git pro parte sua D. Walterpertoldum de
Spegnimbergo et D. Iohannem de Zuccola.
Et D. Ugo de Duino pro parte D. Comitis
elegit D. Henricum de Pirano et [illegible].
in quibus D. Patriarcha et D. Albertus Co-
mes Goritie unanimiter et concorditer
compromiserunt dantes eis liberam po-
testatem Iudicandi, ordinandi et arbi-
trandi infra unum mensem super
dictis capitulis sicut eis melius videbi-
tur expedire, et promiserunt sub pena
mille marcharum argenti inviola-
biliter observare omnia et singula
que per dictos arbitros fuerint decla-
rata ordinata et sententiata. Ex Lapid. C.7.0

1277. 27 Maii, in Civitate Austrie,

in Generali Colloquio D. Raymun-
di Patriarche Aquilegiensis cum
Prelatis, Liberis, ~~[illegible]~~ Biasmanis
et Nunciis communium, statutum
et ordinatum fuit quod quicumque
pro debitum non requisitus in-
fra quindecim annos, ex tunc
repeti non possit, et debitor absolutus existat. Chron Iul.

1277 9 Iunii In Civitate Austrie

Fuit per Dominos Walterbar-
toldum de Spegnimberch, Iohannem

de Zaccola Patriarchę; Hugonem de Duino, et Henricum de Pisino, Comitis Alberti consiliarios, pronunciata, arbitrando inter eos, firma pax et concordia perpetua. Chron. iul.

1277 13 Augusti utine

Cum D. Conradi de la Turre Marchionis Istriae D. Bandinus q.m Bonromani de Florentia officium Vicarii fungeretur, ejus servitores familiares et nuncii Ligam in mari capti fuerunt de personis et spolati mercationibus omnibus quas secum deferebant per D. Johannem Comitem Veglę et subditum Venetorum ita quod ipse Bandinus damnum incurrit de mille et octingentis libris parvorum. Dux Venetiarum requisitus a Patriarcha per suas literas sibi de hoc facere satisfieri non curavit. Proinde dictus D. Patriarcha de consilio suorum Consiliariorum permisit dicto Bandino ut de bonis dicti D. Ducis et Communis Venetiarum sibi accipiat usque ad plenam et integram dictę pecunię quantitatem salvo quod praetextu Represaliarum hujusmodi personas et bona Venetorum tunc commorantium in Forojulio gravare, vel modo aliquo molestare non debeat. Mandat itaque Potestatibus Capitaneis, Gastaldionibus, et Officia-

illos suis quatenus bandum electos represalias exercere permittant et ei assistant consilio, auxilio et favore etc.

1277 27 Augusti in Civitate Austriae.

Super quibusdam articulis ad eum missis per D. Comitem Goritiae Raymundus Patriarcha respondet

Profitetur terminum generalem omnibus fieri quando sibi temporali Domino videbitur ad suum, non ad cujusvis personae, beneplacitum.

Sicut ipsi D. Comiti dixit quando pax et concordia fuit inter eos celebrata, sic nunc respondet eidem scilicet: quod Patriarcha paratus est semper facere justitiam omnibus conquerentibus coram ipso in curia sua et secundum quod per laudem curiae judicatum est, ita omnibus in jure respondere faciant ipsi illud idem conquerentes.

Restituentur equi quos D. Comes postulat his hominibus quibus in Glemona fuerunt ablati.

Quoad castrum Moesperch non est conventum quod ordinatum fuit per arbitros electos in tractatu pacis inter eos facto. Si hoc non credit D. Comes mittat ad dictum castrum suum specialem nuncium.

remisit ad locum Barbane, et quid-
quid in eo habebat: si de hoc est adhuc
dubium revertatur ad arbitros supradictos.

Super facto Cormonis dabit D. Comiti
terminum a die lune proxime preteriti
mensis Augusti ad octo dies proximos futu-
ros vult in Civitate, vult in Utino,
vult in Campiformido ubi convocabun-
tur Liberi, ministeriales, et Communita-
tes Terre, consulti: ibi D. Comes secundum
D. Patriarche, responsionem dabit. Actum...

1277 11 Septembris.

Arripuit Raymundus Patriarcha
Aquilegensis iter accedendi ad Illustris-
simum Regem Romanorum in Ca-
rinthia, exiens de Civitate, et va-
dens Utinum ad Colloquium die hanc
crastina habendum ibidem. Reversus
est (ab Imperatore) in Utinum die nona intran-
te Novembri.

Notandum, quod die lune proxi-
ma subsequenti, facit D. Patriarcha per
[illegible] amputari Narando nota-
rio de Fagagna manum in Faga-
na; eo quod, ut ipse Narandus con-
fessus est sine tortura, se ad pe-
titionem D. Ranbulfi de Villalta ex
parte D. Federici de Cavriaco, D. Ran-
bulfi et fratrum de Villalta, [illegible]

phianis de Glemona, et Dominorum de
Tricano, sub sigillo illorum de Villalta
scripsisse quasdam litteras, quæ mittebantur per eundem Nuncium Lombardum,
qui cum litteris captus fuit, et confessus
D. Archiepiscopo Mediolanensi, qui erat
inimicus dicti D. Patriarchæ, notificando ei, qua die idem Patriarcha arrepturus erat iter eundi ad Imperatorem Rodulphum: et quod D. Comes
Albertus, quidam Liberi, et ministeriales de Forojulii mittere intendebant suos Ambasiatores ad dictum
Imperatorem contra dictum Patriarcham; et exhortabatur eundem D.
Archiepiscopum, quod mitteret illuc etiam suos Ambasatores contra eundem Patriarcham etc. [illegible]

1277

Super facto Castri Cormonis, Comes
Goritiæ respondet Patriarchæ quod ad statutum terminum vocaverat quosdam suos fideles de Carinthia prætens quod et Patriarcha hoc idem
voluisset, sed cum Patriarcha hoc non
intenderet, iidem quos vocaverat illico redierunt ita quod ad præsens
copiam supplentium, Comes habere non

non potest. Unde placet illi quod sol-
va suo jure et sine sua prejudicio
terminus deferatur usque dum super
eo sibi commodius provideat. Quod
vero castrum de Chavrsperch reddit
nihil ibi remansisse preter stupe-
ham unam in qua quedam anti-
que mulieres sua recondebant. ex
Lupico c. 7a.

1277 16 septembris Buja

Corrinellus de S. Daniele consensu
et verbo D. Raymundi Patriarche vendit
D. Barnabe de Buja pro viginti quinque
que marchis denariorum parvorum
unum mansum in Buja, et secun-
dum usum et consuetudinem terre
Foriiulii eum investit ad rectum et
legale feudum. Qui D. Barnabe fle-
xis genibus promittit prestare omag-
gium cum sacramento fidelitatis D.
Patriarche, et omnia observare que
ut moris observare tenentur omnes
alii feudatarii et vassalli dicti D. Pa-
triarche. Bonaventura Not. A.C.M.C.

1277 3 Novembris Windisgretz.

D. Cono de Saldenhofen habet in feu-
dum a D. Raymundo Patriarcha deci-
mas redditurum annualium in Brunich,
in Reindorf, in Veistriz in Holen-

sarch, in Wechen, et insuper duas sau-
mas olei et duas piscium de camera
D. Patriarche. Ex Waltero Bellunen.

1277 17 Novembris Glemone.

Covattus et Franciscus q.m Petri Civitali
de Glemona pretio centum et quinquagin-
ta librarum vendunt unam vineam in
Glemona fratri Gerardino de Chanaza Guar-
diano fratrum Minorum de Glemona
recipienti nomine et vice Gertrudis so-
roris et Priorisse S. Agnetis de Glemona
et eius conventus, que amodo volue-
rit et habitare in loco et cella que fiet
in domibus Jacobi Bacadone. Blasius Not. h.e.c.

1278 10 Januarii in Terra de duobus Castellis.

Raymundus Patriarcha committit D. Man-
fredo de Pola custodiam Terre de duo-
bus Castellis quam antea tenebat Marculus
de duobus Castellis et curam hominum
dicte Terre ad honorem ipsius D. Patriarche
et Ecclesie Aquilejensis conservandam.

Mandat etiam ut faciat diligentem
inquisitionem de morte q.m Latherii de
dictis duobus castellis et de illis qui verbo
aut opere partem aliquam habuerunt
in interfectione Marici Sorrani non mi-
nus quam de illis qui postquam ipse
cum suis gentibus ingressus est Terram

cum contra ejus mandatum depopulati sunt.

Amovet ab officio Gastaldie ejusdem loci Merculinum antedictum ipsique Monfluvito injungit ut aliquem virum idoneum et fidelem inveniat cui usque ad suum beneplacitum officium Gastaldie de duobus Castellis sit committendum. Ex Lapico. C.X a.

178 11 Ianuarii Lintz

Stephanus Sbrulans de Cormons capitaneus in Castelluto Muschie a Mayando comite Goritie de villis Torse, Rivignani, S. Marizze, Rivarotte, S. Marie Sclaunich, Mortejani, Flambri, Talmassons et Sello ad rectum et legale feudum. Bellonus

178 15 Februarii Utini

Raymundus Patriarcha diligenter attendens ad statum et decus Ecclesie S. Odorici de Utino, volensque quod Canonici ejusdem ecclesie domos habeant in quibus valeant habitare ut fieri solet in aliis Ecclesiis in quibus insunt Capitula statuit et precepit quod medietas redditum omnium predicte Ecclesie quocumque nomine censeantur poni debeant in sequestro et conservari a duobus ex Canonicis qui juxta illam terram quam habent prope Ecclesiam S. Odorici, ali-

am emant terram in qua construi faciant domos in quibus ejusdem Eccle- siæ Canonici commode valeant habitare vetitum tamen de ipsis redditibus quan- documque requisiti fuerint rationem

Statuit etiam quod quotidianæ oblationes ejusdem Ecclesiæ dividantur inter canonicos qui in die oblationum fuerint presentes, et quod custos et major inter eos et qui in licitis et ho- nestis alii canonici obedire teneantur quantum duo ex ipsis ex dictis oblatio- nibus percipiat. illa tamen ad fructa- tus eidem Ecclesiæ utiles earum uta- tur consilio, ac assensum requirunt ex Lupino c. 70

1278 7 martii

Investitura Francisci Cassinæ de me- diolano ad affictum cum licentia ædificandi unum molendinum in loco dicto Ceretal in roja Turris su- per terra ipsius Cassinæ, solvendo li- bras duas piperis pro qualibet rota ex Matteo Bellonus

1278 23 martii. Apud Sacilum

Arquinus de Narma nomine Com- munis de Sacilo, et Antonius de Pavil- lais pro se et D Gabriele ejus fratre con- queruntur coram D Raymundo Patriarcha

in dominis de Prata et de filiis q.m Marcel
letti de Camino qui dominibus de Sacilo
et dictorum Domnorum de Porcillis acci
piunt novum Datium in Flumine Ligam
tio quod dare numquam consueverant
quapropter D Raymundus Patriarcha man
dat D Gabrieli Canonico Aquilejensi et Vo
cellone ac Iohanni fratribus de Prata
in sua presentia constitutis quatenus de
cetero non accipiant dictum Datium ho
minibus de Sacilo et Domnorum de Por
cillis; quod si amplius acciperent, ipse
super bonis ipsorum de Prata et de Ca
mino eis restitui faciet datium supra
dictum Ex Libro [illegible] 225.

1274 2 Aprilis

De aqua Roiane conducenda in fos
sam Taurch concordia inter Abbates
Sextensem et Summaquensem nec non
Concordiam et Portumgruarensem. ex
[illegible] Bellonus

1278 2 Aprilis Ferrarie

D Olivus Marchio Estensis et
Ancone fuit investitus a Patriarcha
de feudo quod habet de Camera
et campo suo scilicet de ducentis
et quinquaginta libris [illegible]. ex Val
[illegible]. Bellonus.

1278 5 Aprilis

Circa meridiem acceptum fuit seu captum Castrum Tulmini sub hac forma: tres erant custodes in Castro, unus quorum infirmabatur. Et quatuor cum saccis intus ferentes arma occulte accesserunt, quasi vellent emere bladum, et exportare quod vendebatur. Et cum venissent ad portam castri, invento ibi solo custode, illum ejecerunt de porta, et clausa porta, alio custode superveniente, et volente defendere locum, occiderunt illum, et sic obtinuerunt Castrum Chron. Jul.

1278 13 Aprilis in Civitate Austriæ

Orta contentione inter D. Raymundum Patriarcham et Capitulum Civitatense eo quod D. Patriarcha plura petebat quam capitulum dare tenebat; faciente tamen illo qui dissidentium mentes in unum redigit voluntatem, tandem inter eos fuit facta concordia

Super sententia excommunicationis latæ per D. Patriarcham in D. Bernardum Decanum et majores de Capitulo Ecclesiæ Civitatensis pro eo quod de quibusdam procurationibus quas ratione visitationis factæ in prædicta Ecclesia idem Patriarcha petebat ab eis ut ipsi in præfixo termino satisfacere non curarunt, D. Decanus protestans quod

se ratione dicte sententie excommunicatum non reputet; nihilominus ut filius obediencie parturiens jurauit stare mandatis Ecclesie et ipsius D. Patriarche absolutionem ad cautelam postulat; et D. Patriarcha eundem D. Decanum et Capitulum ab hujusmodi excommunicatione non solum absoluit, sed etiam habito respectu ad paupertatem dicte Ecclesie Ciuitatensis de gratia speciali cessit petitioni procurationis sex dierum ratione visitationis et inquisitionis per eum facte in dicta Ecclesia

Conuenerunt insuper quod D. Patriarcha [illegible] suum notarium faciat inquisitionem in villis et super terris dicti Capituli et si inuenerit quod [illegible] Marquardi tempore Bertoldi et Gregorii Patriarcharum suorum consueverunt dare fenum, currus prestare, et facere custodias in castris ipsius D. Patriarche, de jure res hujusmodi D. Patriarcha recipiat, alioquin immunes remaneant. et hoc intelligi debeat etiam de illis bonis Capituli que ab hoc onere exempta esse ostensum fuerit vel de mansis et possessionibus per dictum Capitulum emptis tempore Gregorii Patriarche utpote venditores

aut legatores illorum cum dicta immunita-
tes illos habebant

Hoc inter eos convento d. Patriarcha
de gratia speciali remisit omnes condem-
nationes per eum factas tam in d. De-
canum quam in canonicos et mansio-
narios Ecclesie Civitatensis et alios Cle-
ricos eidem subjectos pro eo quod
commisissent in Constitutiones Patriar-
chales, et penas in quas eas non obser-
vando incurrissent et promisit quod
supersederet edificationi domorum us-
que quo expiraverit tempus solutio-
nis decimarum in subsidium Terre
Sancte, deputatarum. Ex Lupico ACCO

1278 21 Aprilis

Investitura d. Henrici q. Thomasini
de la mota de uno manso cum dimi-
dio sito in tabella Bertaldie, item cum
una braida sita in loco qui dicitur gay-
da d'achan in strata Aquilegie cum dua-
bus peciis prati in loco dicto stradelle,
et cum domo murata sita in eadem
tabella Bertaldie juxta Ecclesiam S. Pe-
tri cum uno bayarcho sito ante
portam ejusdem ville spectante ad dic-
tum mansum et dimidium jure rec-
ti et legalis feudi. Ex Lupico Bellonus

1278 21 Aprilis Clemonę

Ayulfus Capitaneus Clemonę.

Mulier de Amaro.

Cortesius de Amaro.

Aycardus de Bellano

Zollus iudex.

Nicolaus de Altavila

Stephanus.

Romanus notarius

Consiliarii.

Pueri.

Mulier Domine, hic est Aycardus de Bellano qui tenetur Cortesio de Amaro in quadam pecunię quantitate, et vir meus est fideiussor dicti Cortesii, de qua fideiussione idem vir meus recepit magnum damnum: rogo vos ut faciatis intendici istos denarios.

Capitan. Aycarde, debes tu aliquem denarium illi homini quem ista domina nominat?

Aycar Domine, debeo occasione mutui quem ami a dicto Cortesio

Capit Que est quantitas?

Aycar: circa duodecim libras denariorum parvorum.

Capit Tu non debes aliquid dare dictos denarios usque ad cognitam rationem.

Cortes: Domine, facatis quod Aycardus solvat ... in qua mihi tenetur.

Capit. Aycarde, debes dare istam pecuni-am Cortesio?

Aycar: Debeo

Capit: Solve igitur pecuniam quam debes Cortesio. Et tu, Zotte judica per sen-tentiam si Aycardus teneatur mihi solvere guadiam, postquam in judi-cio confessus est se istam pecuni-am Cortesio debere.

Zottus. Aycardus debet dare ipsi Capitaneo octo denarios Aquilejenses pro guadia.

Stephanus. Domine, iste est hospes meus. Ego non credo quod ipse debeat solvere guadiam propter hoc, cum ille qui judicavit non est judex juratus, et iste Aycardus tenuit istam pecuniam ex mandato et contradictione vestra.

Capit Vade, tolle te coram me, quia tu es nequam, et fallo et falsus

Stephan Vos forsan estis pejor me.

Capit Zotte, ego quero a te si Stepha-nus offendit me vel non, postquam dixit mihi villaniam.

Zottus Sic: vere Stephanus offendit.

Capit in quanto?

Zottus in octo Aquilejensibus.

Stephan: Ego super hoc appello ad D. Patriarcham, et non credo in hoc vos offendisse.

Capit.: Stephane, incontinenti solve mihi octo Aquilejenses.

Stephan: Ego appellavi ad D. Patriarcham.

Capit. Pueri, capite istum Stephanum et captivum eum ducite in carcerem.

Zattus Ego solvam vobis illos denarios; dimittite eum in pace

Nicolaus Domine capitanee non ducatis eum ad carcerem. Teneatis vos super me, ego do vobis quaedam ad voluntatem vestram pro eo; et si hoc non vultis, ego ipse volo ire ad carcerem pro eo.

Capit. Nec quaedam a te recipiam, nec permittam quod tu, Nicolae, pro eo in carcerem eas.

Romanus (superveniens armatus gladio) Domine, quare vultis ducere fratrem meum captivum ad carcerem?

Capit. Volo quod veniat mecum.

Rom.: Plures quaedam ante vos ecce factum eum vobis offero. Domine, ne ducatis eum, precor, ita vituperose. Ecce ego paratus sum dare vobis quaedam de centum et ducentis

libris et plus si necesse fuerit. Quod si frater meus dicit vel facit aliquid contra vos verbo vel opere, conducite ipsum in ratione, et si emendare potuerit cum bonis bene quidem, alioquin amendat cum persona.

Capit. Ipse veniet mecum.

Rom. Vos non debetis eum ducere captivum, nec docetis postquam ego paratus sum facere bonam securitatem pro eo. Intelligitis vos bene... Yvanus Capitaneus?

Capit. consiliarii, peto a vobis quid sit faciendum.

Zottus Si consiliariorum vestrorum voluntatem facietis, securitatem a Romano oblatam, Yvanus excipietis

Capit Puero, solvite igitur capitium et sinite Stephanum abire. Romane, bonam securitatem de stando in jure sub pena vigintiquinque librarum ecce ego accipio sed ante judicem de illo et de te ipso rationem dabis. Ibi me iterum audias, et ibi, ut spero te nec adeo elatum nec gladio minantem videro. Ex Lupino etc

1276 29 Aprilis

in festo S. Georgii sero in crepusculo semel et iterum circa mediam

noctem hora matutinali Fratrum
fuit terremotus tantus quod quedam
castra ceciderunt, et mortui sunt qui
intus fuerunt. Chron. Jul.

1278. 23 Aprilis Veronae

Guarnerius q.m Andreae de Venzono pro-
pter viginti quinque librarum Veronen-
sium jure livelli investitus est de una
domo in Sameaz in Venzono sol-
vendo annuatim Preposito S. Stephani
in Aquileja quatuor ferra equorum
cum claudis. ex scritture. A.C.U.C.

1278. 25 Augusti.

interfectus fuit illustris vir D. Otta-
carus Rex Bohemiae a suis in acer-
rimo suo conflictu, quod fuit inter
ipsum ex parte, et illustrem Regem
Romanorum D. Rudolphum ex alia,
nondum coronatum a D. Papa in
Imperatorem. Chron. Jul.

1278. 6 Maii in civitate Austriae

Raymundus Patriarcha investivit ad
rectum et legale feudum D. Henri-
cum de Pertinstayn de octo mansis
sitis in villis de Clavjano, Laurzacho
et Lavaria, resignatis per D. Thomasi-
num de Cucanea. Praesente inter alios D.
Fulcherio Episcopo Concordiensi. ex
Actis Belloni

1278 9 Maii in Civitate Austriæ

Raymundus Patriarcha investit ad
rectum et legale feudum cavallerium
de Sallano de bonis relictis ab Castel-
sio de Cucania Ex Lupico C.F.O

1278 9 maii in Civitate Austriæ

Cum Warnerus de Sallano et soro-
res ipsius essent ita pauperes quod
non habebant de bonis mobilibus un-
de possent vivere, propositum fuit
in Curia D. Patriarchæ si dicti pueri
possent vendere de bonis suis feu-
dalibus in sustentationem ipsorum
ne fame perirent; et sententiatum
fuit per laudum curiæ quod be-
ne poterant vendere de bonis feu-
dalibus Ex Lupico. C.F.O

1278 1° Junii. Padue

Raymundus Patriarcha Aquilejensis et
marchio Istriæ investit nobilem virum
D. Gerisium de Bernardis civem Pa-
duanum in Rectorem Istriæ ad unum
annum postquam Manfredus de Pola
qui tunc erat Rector in eadem
provincia annum suum compleverit.
Jurat Gerisius quod dictum offici-
um ad honorem D. Patriarchæ et sa-
e Ecclesiæ diligenter exercebit quod

omnibus conquerentibus tam pauperibus quam divitibus reddat pro posse justitie complementum, et paratus quotiescumque requisitus fuerit reddere rationem quod redditus et collectas D. Patriarche et ecclesie Aquilejensis quas ibi perceperit et fideliter remittet. Ex Copia cit.o

1278 7 Septembris Ferrarie

Investitura D. Obizi Estensis et Ancone marchionis de feudo quod habet de camera et curia D. Patriarche scilicet de ducentis et quinquaginta libris ex sei [illegible] Vattero. Bellonus

1278 11 Octobris Apud civitatem Laudis in Episcopali Palatio.

Investitura D. Francisci de Fontebono de tot mansis quot reddere possint annuatim 10 marchas Aquilejensis monete secundum extimationem in bonis que D. Patriarche et ecclesie Aquilejensi excident per mortem D. Francisci q.m D. Pe_ tri de Cavriaco, si eidem D. Patriarche et sue ecclesie rationabiliter exciderint, ad rectum et legale feudum. Ex Copia Bellonus

1278 27 Octobris Tulmetii

D. Petrus de Pagana Castaldio Carnee confessus et protestatus est quod quidquid [illegible] et marcavit D. Marcq de Praudz

1278 13 Novembris in Vaprio.

Forojulienses qui convenerunt in servitium D. Patriarche cum de Casirate discessit Vaprium cum D. Gottofredo et Cassono de la Turre, excepto D. Francisco de Fontebono, et aliis qui iverant Laudem, venit ibidem D. Marinus de Meduna portans secum viginti quinque libras imperialium et illo die summo mane D. Johannes de Portis, Ermanus de Pinzano, Bernardus et Aulottus de Fagagna, Bruzetta de

sentia ordinis S. Benedicti de civitate Austrie et D. Odorlici Prepositi S. Petri de Carnea commorantibus in districtu et dominio Carnee pręceperat ad muniendum, firmandum et custodiendum castrum et locum Ioliure et quędam alia loca, nec non ad faciendum custodias et munitiones totius terrę Carneę, injuste et indebite fecerat, et non de jure quod D. Patriarcha haberet super eos in factis pręmissis. Mainardus vol. A. B. c.

1279

Illustris Princeps D. Philippus Dux Carinthię defuncto jam fratre ejus D. Ulrico Duce Carinthię suum ultimum condidit testamentum in quo inter cętera pro salute animarum suę et dilecti sui fratris qui multoties Ecclesiam Aquilejensem noscitur perturbasse in terra Carniole dedit et legavit in perpetuum castrum et civitatem Laybacensem cum omnibus pertinentiis ad ipsum spectantibus quęsitis et inquirendis et ut legatum hujusmodi per eum factum majorem haberet roboris firmitatem hęc verba alla... gata eidem Duci in prędicto testamento imponere placuit, videlicet

manzano, Severus de Tulmino, Picus et Corradinus de Sacilo et plures alii de Foro Julio venerunt ad ipsum D. Marinum et fecerunt ei dici per D. Iohannem de Portis quod darent eis dictam pecuniam quam volebant inter se dividere. Cui dictus Marinus respondit: ego recepi istam pecuniam a Dominis de Soffumbergo et Cucanea pro me et aliis de Forojulio pro expensis quas fecimus in Cadore, et D. Franciscus de Castellano et alii qui fuerunt Laudem volunt habere partem suam, et ego non audeo dare vobis suam partem. Da nobis istos denarios, dixit D. Iohannes de Portis, et cum venerit D. Franciscus et alii qui fuerunt Laudem, reddemus sibi partem eorum, si habent jus, et te conservabimus indemnem. Ex Lapide c. B. O.

1279 16 Novembris super pascuis de Sevegliano. Cum inter Capitulum Aquilejense et ejus massarios de Malereto, de Ronchis et de Plati S. Marię ex una parte et D. Federicum Abbatem Moccensem et ejus massarios de Sevegliano ex altera quęstio verteretur super pascuis dictę villę de Sevegliano D. Picarius Castaldio Aquilej. ex commissione sibi facta per D. Patriarcham, vocatis partibus et meritis causę diligenter examinatis, hanc tulit sententiam: homines de Malereto, de Ronchis et de Plati, marce sicuti homines de Sevegliano habent de jure et ipsi uti pascuis de Sevegliano sine tamen damno hominum dictę villę. Mainus vol. A. c. c. c.

= et ut omnis malitiæ calumpnia evitetur ordinamus et volumus sic forte, quod si terreni domini magnifica fortitudo ejusdem civitatis et castri ab Aquilegiensi Ecclesia possessionem vel justitiam abstrahere sofistice laboraret, quod eidem Ecclesiæ duo millia marcharum argenti assumendum ti Veronensis ponderis quicumque actor vel impetens pro dictis possessionibus elongatus debeat. Aliaquin Ecclesia utatur libere in possessione jure suo. c.f.

1279 20 Maii in Spegnimbergo

D. Walterpertoldus de Spegnimbergo donat Bernardo et Walterpertoldo filiis D. Johannis de Zuccola ejus nepotis castrum de Trucco cum omnibus pertinentiis suis, et omnia bona quæ habebat ultra Tiliaventum. Præsente inter alios D. Fulcherio Episcopo Concordiensi. Jacobinus de Vidor not. c.f.c

1279 2 Augusti apud Landam

Conradus de Sacile sub pœna quinquaginta marcharum Aquilejensis monetæ guadiavit servare firmam pacem et treugam Bernardo de Tulmino de inimicitia quæ erat inter eos, et non offendere dictum Bernardum usque ad quindecim dies postquam D. Patriarcha et

ipsi Conradus et Arnoverius recepti fuerint
in Foroiuliensem ex Lapiso c. 70

1279 25 Augusti apud Laudem

Raymundus Patriarcha pro mille et qua-
dringentis marchis Aquilegensis monete quas
confessus fuit habuisse et conversas fuisse
in utilitatem ecclesie Aquilegensis, videlicet
in pane vino, carnibus et annona expensarum
suarum et familie sue et in aliis earum ne-
cessariis vendidit Manuccio Bandolis et Lapuccio so-
ciis et aliis eorum sociis mercatoribus
Florentinis, redditus et proventus mutarum
Clusae Glemonae et Tulmetii et Pagulae quae
fiunt in caballis predictorum locorum a
Kalendis mensis maii proxime venturi ad
duos annos ex tunc subsequentes ex La-
piso c. 70

1279 25 Augusti apud Laudem.

Raymundus Patriarcha concedit societati
mercatorum de Florentia nuntiis Nordi-
falconis et Gratiani vim quam debet ha-
bere a S. Marco et Commune Venetiarum sicut
in pacto inter eos facto continetur a Kalen-
dis proxime venturi mensis septembris us-
que quo de debito cuiusdam quantitatis
pecuniae sibi a dictis mercatoribus mutua-
tae integre satisfiat ex Lapiso c. 70

1279 1°. Septembris

Investitura juris livelli ad beneplacitum Patriarchę, facta Francisco de la Motta habitanti Madunę de sex mansis sitis in villa de Pra de Pozzo Gastaldię Madunę quę fuerunt Nicolai et Iacobi fratrum et Ludovici et Friderici de Pancigatis bannitorum. ex Copia. Bellonus

1279 1°. septembris apud Laudam.

Raymundus Patriarcha ratas habet et confirmat venditiones nemorum ipsius D. Patriarchę, et Ecclesię Aquilejensis sitorum in Gastaldia de Gualdo factas ad tempus et emptoribus diversis per ejus generalem Procuratorem D. Lippum Capone de Florentia pretio quadrigentarum et quinquaginta librarum Veronensium parvorum. ex Copia. C.F.O

1279 1°. Septembris Apud Laudam

D. Raymundus Patriarcha Aquilejensis et Istrię et Carniolę Marchio pro se, suo nomine, et nomine Aquilejensis Ecclesię Vitale de Mugla Gastaldiam ejusdem Terrę de Mugla usque ad ipsius D. Patriarchę, beneplacitum manu propria investivit. Qui Vitalis incontinenti juravit omnia et singula fideliter facere quę ad dictum officium Gastaldię pertinent. ex Copia. C.F.O

1279 7. Septembris apud Laudem.

Vacante sede Cumanae per mortem D. Nicolai Episcopi dictae Ecclesiae quatuor Canonici cum Decano ejusdem Capituli congregabantur die penultima julii in coro Cathedralis Ecclesiae ad novam electionem faciendam et concorditer dederunt potestatem ac libertatem D. Andreae subdiacono et Canonico Cumanensi eligendi seu postulandi Episcopum et Pastorem quem ipse decrevit eligendum. et ipse deliberatione habita inter se et collocutione praemissa convenit in D. fratrem Hermilem de Orelino fratrum minorum Capellanum D. Raymundi Patriarchae.

Die vero sequenti alii quatuor Canonici ejusdem Capituli cum eorum Archidiacono ob eandem causam congregabantur in eadem Ecclesia, et ad electionem novi Episcopi procedere volentes per formam compromissi plenam potestatem eligendi in Episcopum quem vellet presbitero Paulo eorum Concanonico dederunt. Qui diligenti super hoc deliberatione habita et tractatu convenit in discretum virum D. presbiterum Egidium canonicum Cumanensem eligendum in dicta Ecclesia Epis-

coquus et Pastorum. Quam electionem
omnes de dicto Capitulo p(rae)sentes illa-
riter acceperunt Te Deum laudamus cum
pulsatione campanarum solemniter con-
cinendo

Paucis post diebus Egidius elec-
tus et Paulus canonicus apud Procu-
ratorem iterum Laudem ubi tunc
morabatur Patriarcha arripiunt. Illi
ostensa et lecta electionis decreto
petiverunt a p(rae)dicto D. Patriarcha
electionem de dicto Egidio (humiliter) confir-
mari. Qui nis respondit. videbimus
decretum et super hoc delibera-
bimus

Sequenti die, scilicet in festo Na-
tivitatis B. Mariae Virginis compare-
runt iterum coram dicto D. Patriarcha
petentes et supplicantes ut p(rae)dictam
electionem aliquatenus misericorditer
confirmare, et Patriarcha eos dimisit
dicens quod dies illa erat feriata et
ideo non poterat in dicto negotio pro-
cedere de jure.

Statuit tamen illis terminum ad
nonam diem dicti mensis Septembris,
et Simoni Vicario Ecclesie Cenoman-
sis et procuratori eorum qui ea ad

electionem dicti D. Egidii opponebant, di-
xit: nos audiemus jura vestra et alte-
rius partis, et faciemus quod de jure
fuerit faciendum. Ex Lyppa C. 7. a

1279 XII Septembris apud Laudam

Monasterio S. Petri de Silva per mor-
tem Sempertonis dicti monasterii Abbatis
regimine destituto; Raymundus Patriarcha
in Abbatem dicti monasterii sibi immedia-
te subjecti instituit Marzutum dicti loci
monachum, eumque ad ejus pedes genu-
flexis manibus inclinatum cum quodam
anulo de eodem monasterio et juribus
ad ipsum spectantibus manu propria
investivit curam et administrationem
ipsius monasterii tam in spiritualibus
quam in temporalibus sibi committen-
do. Ex Lyppa C. 7. a.

1279 V Octobris apud Laudam

Raymundus Patriarcha Aquilejensis ab
Istria et Carniola marchia delegat vo-
calem virum D. Nicolaum Dalfini de
Venetiis capellanum et Procuratorem
suum et Archidiaconum Polensem
ad petendum et exigendum ~~[illegible]~~
jura et actiones suas et ecclesiae
Aquilejensis in Istria et Sclavonia
mandans universis ejus officialibus

ut in dicto suo officio ei pareant et assistant. Ex Lupeco. A. C. A. C.

1279 30 Octobris apud Laudem.

Duplex in Ecclesia Iustinopolitana elec-tio Episcopi fuerat facta, una de D. Odo-rico capituli ejusdem Ecclesiæ Decano, et alia de D. Benevenuto dicto Bono Ple-bano Sacili et Canonico Iustinopolita-no. Hinc inter eos et eorum fautores gravis orta est contentio et multiplex quæstionis materia ad judicium Patriar-chæ delata. Ipse qui tunc Laude versa-batur et erat extra suam provinciam constitutus commisit D. Philippo Præposito S. Stephani Vicario suo et D. Bernar-do Decano Civitatensi ut citatis partibus et adæquato examine eam controversiam æqua judicii lance perpendant servata sibi finali sententia.

Coram dictis judicibus quibus pos-tea additus fuit D. Jacobus magister Otto-nelli Canonicus Civitatensis comparuerunt partes citatæ, ibique Bonus Plebanus Sacili postquam in D. Odorico Decano ejus adversario scientiæ et ætatis ex-probrasset defectum multa ei objecit et inter alia quod administrasset in spiritualibus concedendo indulgentias

et in temporalibus usurpando sibi prebendam Episcopi post ejus mortem et ejus vel(?) fructus detinendo, et quod ipse et ejus electores sunt excommunicati, irregulares, periuri et hec omnia per idoneos testes et per publica instrumenta demonstrare se paratum exhibuit.

Quibus auditis et intellectis, Iudices ante dicti juxta constitutiones Concilii Lugdunensis dictum Y. clericum Tecanum super predictis a G. Bono ei objectis esse examinandum arbitrati sunt, et pluries dictum Tecanum requisiverunt ut dicto examini se supponeret. Ille vero non solum hoc facere contempsit sed ut homo rudis et litteralis sermonis ignarus ne verbum quidem coram illis locutus est. Rogatus ut saltem coram ibidem astantibus factum sue electionis exponeret ut fecerat supradictus G. Bonus respondit tantum quod nesciebat predicare. Quapropter iudices supradicti reputantes illum pati defectum scientie litteralis, in scriptis pronunciaverunt dictum Y. Tecanum esse insufficientem et indignum "ut ad regimen Justinopolitane Ecclesie preponatur", e contra quod G. Bonum libenter subscribebant opinioni partis adverse que in pleno judicio confessa est eundem G. Bonum non solum illius dignitatis esse

dignum verum et majorem promereri,

Hec omnia Patriarchę earum Domino ad diffinitivam ejus sententiam judices antedicti referre non omittunt, et simul acta, instrumenta et processus causę electionis Justinopolitanę et utriusque partis jura ad eum fideliter remittunt, excepto decreto electionis D. Decani qui iterum atque iterum requisitus illud eis dare non voluit

In die termini per D. Patriarcham statuto comparuerunt partes ante eum in Episcopali Palatio Laudensi et audiverunt quod ipse in dicta causa electionis Justinopolitane decrevit proferendam

Ibique D. Ioannes Plebanus Sacili multis rationibus conatus est ostendere D. Patriarcham debere sine alia dilatione procedere ad difinitivam sententiam. cum D. Almericus Berlenga Promotor D. Decani surgens dixit: Domine Patriarcha, ego non veni, nec sum hic causa placitandi cum D. Plebano Sacili, sed veni ad allegandum et exponendum impedimentum Domini mei Decani Justinopolitani cujus sum procurator. narrat deinde quod dictus Decanus jam dicere miserat tanquam suum procuratorem quendam presbiterum Petrum dictum

Placito cum juribus et rationibus suis ad pro-
sequendam ipsius Decani justitiam coram
eodem D. Patriarcha de questione que ver-
tebatur inter ipsum Decanum ex una parte
et D. Plebanum Sacili ex alia super elec-
tione Ecclesie Justinopolitane, et quod dictus
presbiter Petrus procurator occisus fuit
in via et ideo ad presentiam D. Patriarche
non venit et ipse Almericus acta hujus
cause et jura defensionis D. Decani que
pervenerunt ad manus cujusdam mili-
tis D. marchionis Estensis habere non
potuit. Unde petiit nomine dicti Deca-
ni quod daret sibi terminum compe-
tentem in loco ubi ipse D. Decanus per-
sonaliter vel per procuratorem suum
valeat coram ipso D. Patriarcha suam
causam defendere

Quibus auditis, D. Patriarcha, habito
consilio prudentium virorum prefixit utri-
que parti terminum peremptorium
ad comparendum coram eo in Aquile-
jia ad quindecim dies post ejus introi-
tum in terram Forijulii. Ex Copia C.F.a

1274 2 Novembris. Apud Laudem.

Mingosius, Vitalis, Manfredinus Co-
lumbus et Conradinus de Sacile omnes
de societate Forojuliensium qui milita-
bant in Lombardia sub Banderia D. Pa-

triarche Raymundi amiserant eorum equos illo tempore quo in ejus servitio et partis illorum de la Turre equitaverunt ad Cancellum. Per sententiam Patriarche unusquisque ex aliis de dicta societate solvere debebat in emendationem equorum amissorum supradicto Miragossio et sociis quindecim soldos Imperiales. Iohannes de Portis nomine totius societatis objecit sententie D. Patriarche, quod Corradinus de Sacilo non amiserat equum suum in servitio D. Patriarche ideoque ad dictam emendationem jus non habebat. Sed Antonius de Fiscivaga testis introductus per dictum Corradinum jus suum sustinuit factum exponens hoc modo

D. Gotthifredus de la Turre, et ego, et alii qui fuerunt nobiscum in cavalcata cum equitavimus ad Cancellum et fecimus ibi predam bovum et aliorum reversi sumus de nocte ad Purzolam et eramus ibi, cum ego dixi D. Gotthifredo: Domine, nos hic non sumus bene securi. et ille nos bene dicitis respondit, extra et mittatis saltem octo homines cum equis et precipiatis eis quod faciant guardiam usque ad mane et postmodum vadant et

videant si recuperare possint boves
de praeda qui perditi sunt, et ~~ipsi~~ qui
invenerint reducant illos ad ~~ipsi quicumque ad communem~~ utilitatem
totius societatis. Ego igitur exivi ad
inveniendum illos qui facere debebant
guardiam et in mane quaerere boves
perditos cum mihi occurrit quidam
Blancus de Societate cui praecepi ut fa-
ceret quod D. Gottifredus faciendum esse di-
xit. At ille respondit: obscurum est tempus,
pluit, nec volumus ire nisi habeamus
societatem. cui ego dixi bene inveniam
et inter haec ecce incidi in Convodinum
de Sacilo et dixi ei: ego volo et praeci-
pio tibi ex parte D. Gothifredi quod vadas
cum istis qui faciant guardiam hac
nocte et cum eis mane si poteritis
habere boves qui perditi sunt de praeda
ducatis ipsos ad utilitatem totius socie-
tatis; et vade quia illud commodum
quod habuerunt alii et tu habebis.
et cum idem Convodinus vadit, dixit
quod equus ^suus^ erat mortuus in rusticos
de Baltona in defendendo boves quos
ipsi qui erant ad guardiam invene-
runt et de manibus dictorum rustico-
rum qui eos ducere volebant recupera-
verunt ex Lupico C. F. O.

1279 . 29 Decembris apud Laudem.

Raymundus Patriarcha concesserat olim D. Gerardo de Bernardis de Padua officium Rithariae de Istria, et ille non dum se ad dictam provinciam contulerat. Nunc igitur idem D. Patriarcha mandat dicto Gerardo quatenus vel procedat et sese obtulit ad exercendum dictum officium vel reddat eidem. Ex Copia c. 7 o.

1280 15 martii. Investitura de novalibus nemorum Capochinis facta D. Federico de Petavia solvendo duos boves aratores sanos: et si non solvat primo anno solvat in secundo in duplum ex Walterio Bellonus

1280 5 maii in civitate Austriae.

Ex parte villarum Magnaci, Gorgiquani et Robinici allata fuerat D. Patriarchae querela quod quidam homines tam de dictis villis quam de Ramanzaco, Gribbons, Vorano et Zivaco occupaverant fenerum et occupata detinebant communia et unicuique ad ipsos spectantia. Quam propter idem D. Patriarcha mandat D. Wilielmo de Scarlato ejus Gastaldioni in Civitate Austriae quatenus visis locis de quibus erat quaestio et

congregatis antiquioribus dictarum villarum aut quibus de rei veritate melius constare crediderit quidquid de hujusmodi partis occupatum reperit, precipiat ab injustis detentoribus dimitti, statuens exinde contrafacientibus penam curie Marche. Ne autem hujusmodi limitatio possit de cetero in ambiguitatis aut incertitudinis scrupulum revocari, vult et mandat quod de ipsa publicum confici faciat instrumentum. ex Ebolono vol. A. n. a. c.

1280 21 Junii. Urbs.

Federicus q. Aquini de Varmo pro se et fratribus suis emit a Naccinguerra de Pivis pretio quingentarum marcharum denariorum Aquilejensium castrum de Pivis, jura proprii et omnes mansos, possessiones et jura que habebat in villa et pertinentiis de Pivis et in villa Sancti Elisei proprium pro proprio et feudum pro feudo quam dictus Naccinguerra in manibus D. Patriarche resignavit, qui predictum D. Federicum de hujusmodi feudo per quendam capucium manu propria investivit recepto ab eo fidelitatis debite juramento. Simulque dictus D. Patriarcha remisit et

relaxavit eidem D. Nassingaerræ de Pi-
ris omnem offensam atque injuriam
quam intulerat Ecclesiæ Aquilejensi, ac
ipsi Patriarchæ seu ejus Prædecessori, et
omnes pœnas et sententias contra eam
latas pro eo quod Castrum de Piris quon-
dam præsumpserit occupare. Ex Valtro. Actum
1280 29 junii

Cum D. Patriarcha Raymundus acce-
pisset in se pratum quod dicitur Tor-
menet quod erat pascuum hominum
tam villæ quam Castri et Mercati
Utini, et pro quo homines dictæ villæ
tenebantur secare pratum ipsius D.
Patriarchæ quod pratum Cavæ appellatur,
et fœnum usque ad horreum ejus
conducere: idem D. Patriarcha suo et
Aquilejensis Ecclesiæ nomine pro se, suis-
que Successoribus idem pratum Cavæ
dedit et concessit ad pasculandum et
utendum hominibus supradictis eo modo
quo pasculabant et utebantur prædicto
prato quod dicitur Tormenet, ita quod
homines ipsius villæ loco dicti prati Cavæ
pratum ipsius D. Patriarchæ quod appel-
latur Lappà, tenerentur secare, et fœ-
num conducere usque in horreum ip-
sius D. Patriarchæ. Ex Valtro Bellonum

1281 29. Martii: In Civitate Austriæ

Precibus D. Gerardi de Camino D. Raymundus Patriarcha manu propria cum quodam capucio investit D. Artuicum de Castello ad rectum et legale feudum de S. Laurentio, de Scrutiis et de omnibus aliis feudis quæ D. Detalmus de Cavoriaco olim habuerat ab Ecclesia Aquilejensi, sive ipse D. Artuicus jus haberet sive non in feudis prædictis recepto ab eodem fidelitatis debito juramento ex Lapico. Verci 256

1281 31 Martii

Investitura Stephani de Zeliacco per resignationem Americi q. D. Rogerii de Sacilo de toto feudo quod habebat tam in castellario Sacili quam in villa et ejus districtu ex Waltero. Bellonus.

1281 10 Aprilis Utini.

D. Raymundus Patriarcha voluit, statuit et præcepit quod locus de Venzone perpetuo debeat foro seu mercato carere ne per hoc damnum non modicum hominibus Terræ suæ de Glemona inrogaretur. Promisit deinde quod hominibus de Venzone facultatem tenendi ibi mercatum ullo umquam tempore non concedet nec ibi mercationes

aliquas exercere nisi tantum in albergariis et tabernis de rebus intrantibus ad victum pertinentibus inter se, et dominis hospitibus frequentantibus pro se et ipsorum equis cum in eorum hospitio descenderint, que fuerunt opportuna. Henricus not. c.f.c

1241 1° maii

D. Wolterpertoldus de Spegnimbergo refutavit in manibus D. Patriarche, omnia feuda recta et legalia que in curtis, mansis, possessionibus, hominibus de masnata et aliis rebus quibuscumque ipse habebat ab Ecclesia Aquilejensi. Qua refutatione sic recepta idem D. Patriarcha attendens grata et accepta servitia que D. Johannes D. Riccardi de Zuccula sibi et sue Ecclesie exhibuit, dicta feuda universa et singula eidem D. Johanni contulit, eumque de ipsis manu propria investivit, recepto ab ipso fidelitatis debito juramento. Henricus not. A c.a.a.

1241. 12 maii in Portugruario

Fulcherius Episcopus Concordiensis cum consensu ejus Capituli concedit et donat Fratribus S. Francisci sive de Ordine Minorum quos in Portumgruarium recipit, locum, sive terram

et possessionem ad eum spectantem et ad ejus Episcopatum cum omnibus suis juribus et pertinentiis pro aedificandis ecclesia, claustro, dormitorio et aliis officinis, horto et cimiterio, nec non domum quam incepit aedificare et consumare intendit et de ipsis omnibus fratrem Gulielmum ministrum Provincie S. Antonii de Marchia Tarvisina per anulum corporaliter investit Ughelli

1281 11 maii Venzoni.

D. Jacominus procurator D. Enrichi Mendosi Capitanei generalis Fori Julii precepit D. Glizojo quatenus dicat hominibus de Venzono quod non accipiant Datium ab hominibus Ecclesie Aquilejensis cum non possint facere sine consensu D. Patriarche; idem nuncius presentat litteram dicto Glizojo Ministeriali Patriarche et Gulielmo ejus filio continentem qualiter inter Gregorium Patriarcham ex una et D. Glizojum ex altera fuit stabilitum quod non poterat vendere ad im grossum in Venzono, et vendens debebat incidere in penam librarum quinquaginta et mandat quod pena exigatur a contrafacientibus in posterum honorem vel &c.

1281 8 Iunii

F. mutata fuit moneta in Forojulio, ita quod ex tunc nova bonitas curreret. Chron. Jul.

1282 24 Maii

Impositus fuit primus lapis Ecclesiae S. Silvestri aedificandae in terra quae diruta fuerat per D. Iohannem et Valdericum de Portis fratres et eorum fautores; et fuit impositus per fratrem Fulcherium Episcopum Concordiensem, licentia D. Raymundi Patriarchae. Chron. Jul.

1282 12 Iulii in Civitate Austriae

Raymundus Patriarcha concedit Almotae Dyenesweip suae, et filiae q.m Warnerii de Cucanea gratiam contrahendi matrimonium cum Andrea de Perma ministeriali Comitis Goritiae; ea tamen conditione quod proles quam eos simul habere contingeret sive mares fuerint sive feminae, inter Patriarcham et Comitem supradictum equaliter dividi debeant. Cod. Dip. Arch.

1282 18 Augusti apud Sacellum sub lobia palatii D. Patriarchae quod est super ripam Liquentiae.

Gerardellus Notarius et procurator villae de Pratomajori eorum D. Pa-

-archa in judicio sedente, congregatis patribus, quod cum homines ville de Svatomajori sint vicini Sacili et faciunt plovium, solvant collectas et faciunt omnia que et alii vicini facere tenentur, nihilominus Commune Sacili nitebatur sibi auferre Maricum quem iam quinquaginta annis elapsis habuerant pacifice et quiete. Rogabat igitur D. Patriarcham ut non permitteret quod commune Sacili faceret dicte ville hanc violentiam

Ad hec Tolbertus de Sipalico procurator Communis Sacili ex adverso respondit quod si universitas dicte ville habuerat Maricum, habuit illum de gratia Communis Sacili quam gratiam ulterius facere non intendit. Addidit etiam quod examinatis testibus ab universitate dicte ville aliis productis coram Potestate et judicibus Communis de Sacilo nihil inde allegavit quod esset proficuum dicte ville aut nocivum Communi de Sacilo ut apparet ex sententia a dictis judicibus tunc lata a qua universitas ville predicte non appellavit sed tacuit. Quibus auditis, D. Patriarcha petiit a circumstantibus quid juris esset et per omnem curiam sententialiter diffinitum fuit quod Commune Sacili jure suo gaudere debeat. Ex Regest. D. Ciconii c.

1282 29 Augusti

in nocte precedenti venit prima aqua fortis Civitatensis apud Salodium et in Curia D. Patriarche. Chron. Jul.

1282 28 Novembris Aquileje

Raymundus Patriarcha confitetur quod domus et Curia cum duabus turribus in Aquileja que fuerunt Dominorum de Villalta et sunt Capituli Aquilejensis fuerunt sibi de gratia accomodata ut poneret ibi uxorem D. Gabrielis de la Turre ejus nepotis et quasdam alias dominas de Lombardia promittens quod quotiescumque requisitus fuerit ea dicto Capitulo restituet. Ex Lupo. A.C.a.o.

1282 18 Decembris Aquileje

Synodi Aquilejensis a Raymundo celebrate Constitutiones legi possunt apud P. de Rubeis. Mon. Ec. Aquil. pag. 781 Cap. LXXIX. Hic sat erit rubricas tantum designare

I De celebratione festi Sanctorum Hermagorae et Fortunati, et eorum commemoratione facienda.

II De divinis officiis celebrandis devote

III De vita et honestate Clericorum

IV. Contra sacrilegos in personas Ecclesiasticas excedentes.

V. Ne quis Episcopus alicui de aliena Civitate vel Diocesi absque sui Diocesani litteris conferat primam tonsuram.

VI De Statutariis contra Ecclesiasticam libertatem.

VII. De occupatoribus bonorum et jurium Ecclesiasticorum.

VIII. Contra defraudatores decimarum et quartisiorum Ecclesiis debitarum.

1283 27 Ianuarii in Civitate Austrie

Volens omnino quod aliqua mercandaria comparetur aut vendatur in Venzona, Patriarcha Raymundus mandat universis et singulis quatenus mercandariam aliquam nullus ibi vendere aut comparare audeat,

et qui contrafecerit mercandariam amittet. Iacobus not. c.f.c.

1283 29 ianuarii Tulmetii

Raymundus Patriarcha mandat Matavis de Glemona quatenus quamcumque mercandariam dactam per Tulmetium contineat illis fore venditam aut comparatam in Venzono, intromittant. Iacobus not. c.f.c.

1283

In principio martii, incepit D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis cum D. Alberto Comite, Tergestinis et Muglanensibus ~~[illegible]~~, et pugnare Iustinopolitanos, et Venetos guerra, quia Veneti [illegible] detinebant Iustinopolim et alias terras Istriae [ad Ecclesiam spectantes ad Ecc. Aquil.] et ex tunc fuerunt clausi portus Venetis per D. Patriarcham in suo districtu, et per Paduanos et Tarvisinos in suis. Chron. Iul.

1283 21 martii in Civitate Austriae

D. Bernardus Decanus Civitatensis in "missarum solemniis" publicavit Constitutiones Reverendi Patris D. Raymundi Patriarchae Aquilejensis noviter editas apud Aquilejam in sua Provinciali Synodo, legens ipsas litteraliter, postea vulgariter exponendo praecipiens ipsis sub excommunicationis

IX. Ne excommunicatorum corpora tradantur Ecclesiasticę sepulturę.

X. Ut suffraganei Aquilejensis Ecclesię ipsam singulis annis visitent, ut tenentur

XI. Ut quilibet suffraganeus Aquilejensis Ecclesię praesentes constitutiones habeat

pyna quod debeant ab omnibus ob_servari. et ex hunc vigore dictarum constitutionum denunciavit excommunicatos quoscumque bona Ecclesiarum sub districtu ipsius D. Patriarche detinerent scienter occupata. si ea infra octo dies non restituerent. Nicolaus not. c. 40.

1283 4 maii in civitate Austrie.

In causa que vertebatur inter D. Raymundum Patriarcham ex una parte et D. Decanum et Capitulum Aquilejense per arbitros definitum et sententiatum fuit:

I. De redditibus, fructibus et obventionibus Patriarchatus tempore sue vacationis perceptis, vel que percipi potuerunt et debuerunt, quorum singulis annis extimari poterunt ad quatuor millia marcharum, Decanus et Capitulum qui administrationem Patriarchatus tunc gerebant a reddenda ratione absolvantur, faventes ducentum marchas Patriarche persolvant.

II. Decanus et Capitulum cum sint speciali perceptione mansi Marcenarum confirmentur.

III. Patriarcha ratione sue visitationis procurationem habeat modicam prout est in canonibus definitum

IV Patriarcha ordinat quod de Mala tymilejo decem marchas in festo S. Martini et unam in festo S. Heliccabeth, ut a Patriarcha Bertoldo olim statutum fuit dicto D. Decano et Capitulo annis singulis persolvantur.

V Decanus et Capitulum et massarii eorum non tenentur D. Patriarche ad prestationem Copulatice communiter vel divisim, nec ad onera publica vel angarias, preter quam ad moderatum subsidium cum ceteris tempore generalis guerre in Patria

VI. Patriarcha confirmet Episcopos et alios inferiores Prelatos irrequisito Capitulo, sed eo irrequisito, non condat statuta.

VII. Officiales Patriarche non prohibeant nunciis Decani et Capituli emere pisces ad eorum usum nec impediant quominus ad eorum usum incidant ligna in silvis circumpositis.

VIII. In solutione collecte per Legatos Apostolice Sedis imposite, Patriarcha cum aliis clericis intelligatur includi.

IX. Patriarcha non compellat Decanum aut aliquem de capitulo facere militium: tempore tamen generalis guerre sicut alii Clerici sue Diocesis prestent

medicum subsidium in pecunia

X Absolvuntur Decanus et Capitulum a solutione collecte ducentarum marcharum imposite a Patriarcha quando ivit ad curiam

XI. Absolvitur Patriarcha a solutione quinquaginta marcharum expensarum a canonicis qui iverunt in Bohemiam ad presentandum Decretum electionis D. Philippi: de solutione centum marcharum expensarum in prosequendo negotio electionis D. Philippi; de solutione ducentarum grossorum ob eisdem expensarum apud Paduam de solutione denique duarum millium marcharum in quibus ob eius absentiam biennium annorum dicti Decanus et Capitulum se damnificatos reputant, ex voltaro. A.C.U.O.

1249 11 julii in Civitate Austrie

In colloquio generali per D. Raymundum Patriarcham, Prelatos, Liberos, ministeriales et Communitates Foroiulii electi fuerunt viginti quatuor, videlicet sex pro clero, sex pro Liberis, sex pro ministerialibus, et sex pro communitatibus, et quidquid per illos tractaretur, et mandaretur super facto dicte terre et pacis, attenderetur et observaretur. Qui ordinaverunt die hunc crastina, quod pro

werra facienda, et defensione, et honore ac bono statu Ecclesiae Aquilejensis, et fautorum ejus, de quolibet manso omnium indifferenter solvi deberent viginti soldi denariorum, quod postea stabilitum fuit et solutum. Chron. Jul.

1283 16 iulii

R. Raymundus Patriarcha dedit Napoleoni et Francisco fratribus de la Turre pro pignore hospitium suum cum aedificiis et palatio, curte et broylo, et turri jacentibus in civitate Mediolani in Parochia S. Fidelis. et omnes domos, possessiones et terras quas habebat in castro, burgo et territorio de monte Orfano, et partibus circumstantibus, et hoc pro libris decem millium marcharum. Iohannes de Vaprio rogat. Astesanus.

1283 28 octobris circa

Canonici Ecclesiae Iustinopolitanae pro defendenda dictae Ecclesiae libertate fuerunt ab eorum civitate a Venetis expulsi. Illi tamen post mortem D. Iohanni dictae Ecclesiae Episcopi simul in unum congregati de ejus successore tractantes concorditer tandem in D. Vitalem Pecanum ecclesiae Tergestinae canonicum ipsum in Iustinopolitanae Ecclesiae Episcopum elegerunt. Praesentato postmodum

g Patriarchę, electionis decreto supplica-
verunt eidem ut dignaretur electionem hu-
jusmodi confirmare. ipse autem, quamvis
ad eam civitatem recursus habere non
posset accessus propter metum Tyrannorum
qui eam occupatam detinebant, perfec-
tis tamen omnibus quę in talibus fieri
consueverunt, inveniens electionem ca-
nonice celebratam et ipsum Electum fore
competentis scientię prędictum, vitę lau-
dabilis et honestę conversationis, elec-
tionem prędictam confirmavit, et prę-
fato Electo administrationem Justino-
politanę Ecclesię tam in spiritualibus
quam in temporalibus commisit ex
Copia C.F.C.

243 31 octobris Utini

Cum monasterium S. Quirini prope
Utinum vacaret Priorissa per resigna-
tionem Marię olim ejusdem monasterii
Priorissę, sorores dicti monasterii more
solito in eorum Ecclesia convenientes
elegerunt Alpoandam eorum sororem
in priorissam et dicti monasterii Protect-
sum Patriarcha inveniens electionem
eandem de persona ydonea celebratam,
eam confirmat. ex Copia. C.F.C.

1243 9. Novembris.

Raymundus Patriarcha commendat

Suffraganeis litteras Bernardi Episcopi
Portuensis Apostolicae Sedis Legati continentes
Bullam Martini quarti Pontificis contra
Petrum Aragoniae Regem, Regnum Si-
ciliae in praejudicium Romanae Ecclesiae occu-
pare volentem et mandat quatenus
in praedicatione Crucis contra dictum Re-
gem sic prudenter et efficaciter labo-
rent quod de eorum promptitudinis stu-
dio a d. Legato et ab ipso Patriarcha
possint merito commendari etc.

1284 13 Januarii

In octava Epiphaniae, quidam Fra-
tres Minores circa sex, vel plures con-
venerunt Civitatem, qui morabantur
extra Civitatem apud Ecclesiam S.
Francisci. Venerunt circa horam ves-
pertinam, imo post, et ante crepuscu-
lum, primo ad habitandum in domo
et curia d. Vodorlici Cadobrini, Praepo-
siti S. Petri de Carnea, quam emerant
ab eo Priorissa Sandulna et Sorores
S. Petri quondam de Poloneto, habitan-
tes apud S. Pantaleonem. Pro qua do-
mo et curia, et etiam non parva pe-
cunia per ipsas Sorores dictis Fratribus
persolvenda eaedem Priorissa et Sorores
emerunt pro se ad habitandum locum
dictorum Fratrum, ubi ipsi morabantur

apud S Franciscum juxta Civitatem, cum Ecclesia, claustro, aedificiis, viridaria, et pertinentiis suis integre in eadem loca et hec facta sunt consensu et auctoritate Venerabilis Patris D Raymundi Patriarchae, Aquileigiensis Chron. Cul

1284 2 Martii

Conventiones pro D Patriarcha et D Comite Goritie de facto et advocatia de Ronchis, et in villis S. Cantiani et Vielach, et super uno manso in villa Burchuti D. Comitis de Goritia, et advocatia in villa Foliani; videlicet a ponte lapideo qui est inter montemfalconem ~~usque ad mare [illegible]. Pa~~ et S Iohannem usque ad Isuntium, et ~~[illegible] D Patriarcha dedit in commu~~ ab Isuntio usque ad mare sit. D. Patriarche, D. Patriarcha dedit in concambium viginti marchas redditume ad usum Curie D. Comiti in feudum legale villam Thamay, et villam Zietendorff in Vallem Ballonae.

1284 9 Aprilis In Civitate Austrie.

D. Iohannes de Portis electus est Potestas Communis Civitatensis et dantur ei sex Consiliarii cum quibus, si necesse fuerit, procedere debeat ad vindictam si aliquod accideret, vel aliqua injuria illata foret alicui de Civitate intus et extra Civitatem, usque ad futurum festum Omnium Sanctorum.

iurat ille bona fide predicta facere et adim-
plere. Isti consilio assistere et toto posse

extract V.S de Paule c

1284. 5 maii Verone

Si V Patriarcha Aquilejensis venerit

Veronam, V Bonaquera de Tacconia dare

debet Abbati S. Marie in Organis unum

congium boni et optimi vini, unum bo-

num et optimum castronum et quatuor

mandalia bone spelte. tr. A. M. c

1284 4 junii in civitate Austrie

in octava Pentecostes. Presentibus Ve-

nerabilibus Patribus Dominis fratre Fulche-

ro de Zuccula Episcopo Concordiensi,

D Ulrico de Civitate Episcopo Tergesti-

no et D Bernardo Episcopo Polensi,

et aliis quampluribus. Reverendus Pater

D Raymundus Patriarcha Aquilejensis de-

dit habitum Beate S. Clare primo

Priorisse Sandrine, et aliis Sororibus

olim de Polonsto, et consecravit easdem,

videlicet Priorissam Sandrinam, Floren-

dam, Aldam, Saldam, Reginam,

Adaleytam, Cabbrinam, Agnetam, Pa-

vinam, Benevenutam, Hildeburgam fi-

liam Glorioni Bernardinam; et

easdem primo inclusit ibi. Chro ind.

1284. 28 junii

*. Venerunt Veneti primo ad edifi-

candum unum castrum apud Bulnum juxta Marsiliam, et S. Johannem in mari, longe a terra plus jactu machine, vel ballistæ. Chron. Jul.

1284 24 julii Utini.

Raymundus Patriarcha declarat quod Custos, Guardianus et Fratres Conventus Civitatensis pro eo quod tenutam domus q.m Johannis Tribanci ipsis collatam procuraverunt intrare, postquam Constitutionum in Provinciali Synodo editarum, nullam excommunicationis sententiam incurrerunt: nec ipsos esse excommunicatos aliqualiter reputat. A.D.U.C.

1284 28 julii in Civitate Austriæ

Cum D. Walterpertoldus de Spegnimbergo resignasset et refutasset D. Volchero de Savorgnano totum feudum quod ipse D. Walterpertoldus et domus ejus de Spegnimbergo tam in villa Cosæ quam in aliis locis de Forojulio habebant a domo de Savorgnano. ipse D. Volcherus de undecim mansis in Cosa et de omnibus aliis terris et feudis prædictis jure recti et legalis feudi D. Johannem de Zuccola investivit: recipiens ab eo fidelitatem tamquam Dominus a suo vassallo. Jacobinus de Utino Not. C.P.c.

1284 4 Octobris

Fulcherius Episcopus Concordiensis concessit D. Valterpertoldo de Spegnimbergo facultatem ædificandi Ecclesiam cum cœmeterio in luogo de Spegnimbergo in parte inferiori ad honorem Beatæ Mariæ Virginis, hac tamen adjecta conditione quod præter terram quam dederat ubi dicta Ecclesia cum cemeterio locari debebat dotasset etiam eam taliter quod duo Sacerdotes possent convenienter ibi vivere et divinum officium celebrare. Qui D. Valterpertoldus de suis propriis bonis jacentibus in Taurano dedit dictæ Ecclesiæ in dotem tres marchas de redditibus ad usum Curiæ et D. Episcopus postquam benedixerat primum lapidem posuit eum in fundamenta dictæ Ecclesiæ, ibique missam celebravit. Bartholomeus Not. A S I C

1284 7 Octobris

✝ interfectus fuit Seneschalcus Reverendi Patris D. Raymundi Patriarchæ Aquilejensis per Raynardum, Varnerum filios D. Francisci de Orzono, et Jacobum, et forte alios civitatenses. Quare dirutæ fuerunt domus dicti Jacobi filii Marquardi de ultra pontem: et locus, sive Terra

civitatensis per dictum Patriarcham fuit supposita Ecclesiastico Interdicto die lunis decimanona Octobris usque ad ultimum diem ejusdem mensis; quod suspendit ab hora tertia usque ad beneplacitum suum: eo quod D. Patriarcha dicebat eum fuisse Clericum et Uxoratum non Plebanum; et propter hoc Terram ubi interfectus fuit, esse debere suppositam Ecclesiastico Interdicto secundum quondam suae Constitutionis tenorem, editae Aquilegiae in sua Synodo Generali. Chronicon Iul.

1284 19 Octobris in Civitate Austriae

Conquestus Raymundus Patriarcha coram D. Volrico Episcopo Tergestino quod Federicus de Lauspach detinebat sibi contra jus castrum Altemburch quod ad Aquilejensem Ecclesiam de jure spectabat, unde petebat quod dictum castrum prefatus Federicus sibi dimitteret. Respondebat ille quod dictum castrum [illegible] pro eo quod multos habebat inimicos, videlicet illos de Sauphinbach, de Urispach, de Ravemburch, de Lack et alios quamplures qui eum in bonis suis graviter offenderunt, et si possent adhuc eum offenderent in persona et rebus

1284 12 octobris in Civitate Austriae

Coram D. Volrico Episcopo Tergestino quem pro laudum Curiae posuerat loco sui, D. Raymundus Patriarcha petiit a D.na Adelayta relicta q.m Cractonis de Windisgrabz et tunc uxore D. Wolkeri de Gudenstayn quod deberet sibi dimittere decemseptem mansos in contrata de Windisgrabz qui, ut ipse dicit ad Ecclesiam Aquilejensem pertinebant.

Prefatus D. Wolkerus procurator dictae D. Adelaytae opposuit primo D. Patriarchae quod tres ex predictis decemseptem mansis per D. Patriarcham Bertoldum dati fuerunt dicto D. Cractoni in feudum habendi, et per duorum suorum digitorum juramentum; et per idoneos testes comprobavit se [illegible] fecisse et exercuisse tam in custodia castri quam in aliis ea omnia quae habitatores in Windisgrab facere tenentur.

Opposuit secundo, alios quinque ex dictis mansis fuisse eidem Adelaytae obligatos per D. Ozmannum titulo pignoris pro quadraginta marchis, et petiit sibi terminum dari ut illud per litteras testes demonstraret: quod ei concessum fuit.

proinde petebat per eandem Curię senten_
tialiter definiri utrum d. Patriarcha eum
in vendendo ad terminos stando et re_
dendo deberet facere accensari, et
quia per majorem partem Curię sen_
tentiatum est in favorem dicti d. Fede_
rici, d. Patriarcha sentiens se gravatum
ad Generale Colloquium appellavit pre_
cipiens eidem d. Federico quod crastina
die venirent coram eo ejusdem lapis, clau_
di et sigillare Appellationem predictam
Nicolaus Not. C. F. O.

1284. 4. Decembris in Villa modolati

d. Symeon Episcopus Emoniensis et Vi_
carius d Raymundi Patriarchę posuit pri_
mum lapidem pro fundamento Ecclesię
s. Bernardini de modolato quam d. Bernar_
dus de Ragonea Decanus Civitatensis
ecclesię in suis proprietatibus fundare
volebat, salvo et reservato juxta suo jure
Patronatum reservato. Nicol. Not.

1284 23 Decembris Utini

Cum Guardianus et Fratres Minores
de Civitate, Ecclesiam, quam ibi ven_
habebant, fundare voluissent, rogave_
runt d. Raymundum Patriarcham et in
fundatione ipsius Ecclesię prout ad se_
cum spectabat officium lapidem po_

Apparuit tertio quod alii novem ex dic_
tis mansis eodem titulo alligati fuerunt
pro viginti marchis monetę Aquilegensis eidem
d. Adelaytę per d. Patriarcham Gregorium
ad quod demonstrandum nominavit plu_
res testes ibi presentes, qui interrogati
de predictis responderunt se penitus nihil
scire. Tunc d. Waltherus dixit quod paratus
erat eidem d. Patriarchę restituere dictos
novem mansos dum tamen probaret eos
fuisse redemptos per d. Ulricum quondam
Ducem Carinthię. Quod cum d. Patriarcha
legitime probasset, ipse d. Waltherus dictos
novem mansos illico restituit dans ei
instrumentum investitionis antedicto d. Con_
rad per d. Patriarcham Gregorium facte,
Voluit Patriarcha quod daretur illi
etiam usufructus dictorum novem manso_
rum, et per sententiam definitum fuit
quod d. Adelayta de usufructu ad duplum
ei satisfacere tenebatur. A qua sententia
dictus d. Waltherus sentiens se gravatum ad
proximum generale Colloquium appellavit.
Et cum d. Patriarcha diceret se de dicto usu_
fructu non reputare satis securum, d. Wal_
therus cum una manu posuit, et cum
alia securitatem fecit obligans omnia bo_
na quę in dominio Patriarchę habebat. Ni_
colaus Not. C F C

posuerat primarium. Ille autem ad instantiam Fratrum Prędicatorum ejusdem loci asserentium sibi ab Apostolica sede indultum quod infra trecentos passus, sive cannas a loco ipsorum ecclesiam fundare prędictis Fratribus Minoribus non liceat, id facere denegavit.

Cum hoc relatum fuisset Bertrando Episcopo Portuensi Apostolicę Sedis Legato, illico scribit illi Pontifici, indulgentiam illam utrique Ordini concessam propter multa scandala et litigia exinde exorta a Clemente Pontifice revocatam fuisse sine contradictione Fratrum Prędicatorum excussione illius Indulgentię aliquatenus non obstante, ad requisitionem dictorum Fratrum Minorum in fundatione ipsius Ecclesię, primarium lapidem prout suum requirit officium ponere debeat, eosdemque Fratres qui litteras illas ei ex sua parte pręsentabunt, commendatos sicut devotos filios habeat. A. Buič 1285 26 Januarii Coneglani.

Marcus Episcopus Cenetensis indulgentiam quadraginta dierum concedit omnibus vere pœnitentibus et confessis qui accesserint ad monasterium quod de novo construitur in honorem Beatę Marię Virginis et S. Francisci Confess.

vis in Civitate Austrie, cujus edificii
D. Raymundus Patriarcha die Dominica
Februarii proxime venturi primum la-
pidem ponet. A. D. a. c.

1285 11 martii

Guerra concordata fuit et pronun-
ciatum in Civitate, seu proclamatum
quod omnes irent secure Venetias et
quo vellent. Chron. ist.

1285 12 martii Venetiis

Bertrandus Episcopus Portuensis Apo-
stolice sedis Legatus omnibus vere
penitentibus et confessis qui elemosinam
erogaverint aut manum porrexerint ad-
jutricem in opere plurimum sumptu-
oso quod Fratres minores de Civitate
Austrie in quodam loco ad quem de
novo se contulerunt edificare incepe-
runt, quadraginta dies de injunctis eis
penitentiis relaxat. A. D. a. c.

1285 27 martii Aquileje.

Raymundus Patriarcha absolvit Canoni-
cos Ecclesie S. Georgii de Pirano a sen-
tentia excommunicationis quam incurre-
rant celebrando divina et alia de suis
ordinibus ministrando in Terra Pirani
quam ipse supposuerat ecclesiastice in-
terdicto. i Nova Coll. Eccl.

1283 11 maii

D. Henricus de Portis de Civitate promittit capitulo Civitatensi centum libras pro bonis emendis ad faciendum Anniversarium D. Ulrici Epis. qond Tergestini fratris sui. fidejussores D. Andreas de Canussio et Johannes Longus de Civitate. Bellonus.

1285. 22. maii Bononie

Frater Munio magister ordinis Fratrum Predicatorum ex commissione sibi facta per Generale Capitulum Bononie celebratum concedit sororibus Monasterii de Cella prope Civitatem Austrie quod valeant pro necessitatibus eorum et dicti monasterii fideliter adoperari possidere temporibus congruis terras et hortos ipsi Monasterio contiguos pro fructibus colligendis honeste intrare et solicitare, populi tumultu duntaxat et viis publicis totaliter evitatis. A.D.a.o

285 31 maii

D. Ingressi sunt primo in Utinum Fratres Predicatores ad habitandum ibidem; et primo celebraverunt publice in eodem loco missam. Lapis autem primus ecclesie edificande impositus fuit ultima die maii. Chron. Jul.

1285 31 Maii extra

Solemne per Religiosos Predicatorum viros Sacrificio peracto hujus sacri Templi cepta sunt jaci fundamenta anno MCCLXXXV pridie Kalendas junii

In Capitulo Conventus Predicatorum S. Petri Martiris Utinensis, ad parietem etc.

1285 14 julii in Spegnimbergo

Wolricus et Carolus canonici et procuratores Capituli Tergestini presentarunt D. Bricie de Toppo eorum concanonico decretum electionis de se in Episcopum Tergestinum facte et celebrate per Capitulum dicte Ecclesie, rogantes eum quatenus dictam electionem de se factam acceptare dignaretur. Qui D. Bricius, visa electione et decreto electionis de eum facte dixit, quod volebat deliberare in se et cum consilio D. Fulcherii Epi suorum Concordiensis ibi presentis et aliorum Prelatorum et Religiosorum virorum et quod eis responderet infra terminum sibi a jure concessum.

Henricus Not. etc

1285 13 Augusti

I Incepit Commune Civitatense facere salesari, sive facere aptari vias Civita_

tis, incipiendo a porta Pontis cum dicto civitatis. Chron. Iul.

1285 2 Octobris

In lite que vertebatur inter D. Ubertum de Fontebona Canonicum Aquilejensem et D. Franciscum ejus fratrem per Arbitros definitum fuit quod partes Castri et mercate predictorum maneant et sint firme et rate: quod dictum Castrum in parte vel toto neuter ipsorum distrahere vel alienare habeat in aliquam personam contra partis alterius voluntatem: quod faciant omnimodam suam voluntatem de parte mercati sibi contingente, jure hereditario semper in omnibus tamen salvo: et quod turris et pars ejusdem Castri que adhuc remanent indivisa remaneant communis, si vero eorum aliquis excluderet cadat in totum parti exclusi, et de suo jure. ex Vallero Belloni.

1285 1° Novembris

F. D. Johannes de Zuccola cum Francisco de Orzono facti sunt milites per D. Albertum comitem Goritie apud Civitatem in prato juxta S. Hodoralicum, D. Raymundo Patriarcha Aquilegiensi nolente facere eos milites, ex quo fecerat Franciscum predictum domin-

ciavi excommunicationem occasione mortis
senescalchi sui, qui interfectus fuerat in
civitate et supra eiusdem multis, interfuerunt
Frisingensis, Feltrensis et Concordiensis
Episcopi et Albertus comes Goritie, Girar-
dus de Camino, de Prata, de Porciliis,
Castello, Spegnimberch, Vilalta, Glemona,
Prampergh, Cucanea, Ussino et alii domini
fere de Castris Foriiulii universis, et et-
iam Theotonici quamplures. Que Curia du-
ravit octo diebus. Burgenses et curiales
interfuerunt bene quingenti. Chron. fol

1285 18 Novembris Utini

Raymundus Patriarcha concedit Universita-
ti de Utino licentiam construendi Eccle-
siam S. Lazari juxta domum Leprosa-
rum in pertinentiis ville Utini. ita ta-
men quod Canonici Parochialis Ecclesie
possint quandocumque voluerint ibidem
celebrare divina officia. quod oblatio-
nes, que fient in ea, sint Leprosa-
rum, et quod in signum subjectionis
solvat annuatim parochiali Ecclesie
duas libras cere in festo Assumptio-
nis B. Marie Virginis. Promittit Uni-
versitas dictam Capellam infra annum
construere, cum munire tam libris
quam aliis apparatibus necessariis, et

pro dote ejusdem Capellę et domus Lepro-
sorum assignat unum suum mansum
positum in villa de Bealg. Et ex tunc D.
Patriarcha dedit licentiam D. Simoni Episcopo Cene-
tensi vicario suo lapidem primarium
imponendi. Valterus. A. IV. n. c

1285 6 Decembris Aquileię

Bartholomeus Cavacellus Procurator
communis Portusgruarii presentavit
D. Raymundo Patriarche duas libras
piperis pro censu nemoris de Longo-
no de quo dictum Commune debebat
esse investitum a D. Gregorio Patriar-
chi. Dictum censum recipere noluit
D. Raymundus Patriarcha asserens quod
dictam investitionem non acceptabat
et proinde censum predictum non
recipiebat. Ex Lupico c. 7 c

1285 23 Decembris

Vilielmus q.m D. Eleroi de Verzo-
no vendit castra de Verzono scili-
cet Sazimberch et Monfort cum villa
et foro de Verzono cum lombardis
pascuis, campis, vineis et laudis om-
nibus que habebat ab aqua Zella
usque ad Hospitale, D. Alberto Comiti
Goritie, pretio et conditionibus que a
D. Nicolao de Arboto determinanda
fuer. Promittens dictus D. Vilielmus

castra, villam de Venzono et alia bona
supraecripta refutare in manibus D. Pa-
triarche et facere de eisdem dictum Ca-
nitem investiri Quod si D. Patriarcha
hoc facere renuisset, dictus D. Ulricus
stetit bone mandato D. Comitis predic-
ti. Joannes notar. C.F.C.

1286 22 Ianuarii

Arbitris electis per D Raymundum
Patriarcham ex una parte et D Ducem
et Commune Venetiarum ex alia ad
diffiniendum et componendum questio-
nem que vertebatur inter eos pro
Jurisdictione temporali Civitatis Iusti-
nopolis, Parentii, et Humagii, et Ter-
rarum Pirani, Rubini, et Humagii
et Castrorum S. Laurentii et Montone,
magister Walterus Scholasticus [illegible]
[illegible]ensis Procurator et Sindicus Ecclesie
Aquilejensis libellum porrexit in
quo dictos Arbitros rogabat quatenus
compellerent D. Ducem et Commune
Venetiarum ut Jurisdictionem tempo-
ralem supraescriptorum locorum de
quorum possessione dictus D. Dux et
Commune Venetiarum contra justiti-
am spoliaverant dictam Ecclesiam
Aquilejensem dimitterent in pace et

quibus, ac restituerunt eidem cum fructibus medio tempore perceptis et damnorum refectione. Varci 290

1286 21 Februarii

Investitio Iohannis q.m Arturici de Castanico et Pereguini eius filii de quadam terra vacua circa viginti sex campos continente, que est Ecclesie Aquilejensis et vocatur Brayda D. Patriarche, de Carnea sita in Campiformio. item de sex campis terre pertinentibus ad eandem Braydam sitis sub silva banni Campiformii, et de quadam parte pertinente ad eandem sita post Ecclesiam S. Canciani de Campiformio, ac quod in eadem faciat unam domum et habitet loco et faciat ad tempus viginti annorum pro dimidio vini et bladi et aliorum omnium, et faciant unam cisternam expensis suprascripti D. Patriarche, et possit tenere centum pecudes D. Patriarche, et duas vaccas ad dimidium, et in adjutorium laborandi Braydam accipiat de lignaminibus ubi prae pinguius haberi poterunt de nemoribus D. Patriarche, ex Lupico Bellonus

1286 20 Martii Cividat.

Albertus Comes Goritiae mandatum

castaldione sua de Flambro quatenus
in Advocatia Rivolti et Sicinici quam
pater ejus obligaverat D. Bernardo Vica-
no Civitatensi nihil ordinet aut dispo-
nat nisi prius redimatur A.C.C.O.

1246 15 Aprilis Aquilejæ

Raymundus Patriarcha confirmat indulgentiam
quadraginta dierum quam Percivallus
Mantuanus, Petrus Cenetensis et Simon
Emonensis Episcopi singulatim concesse-
rant omnibus vere penitentibus et
confessis qui ad domum Fratrum mino-
rum de Civitate predicationibus verbi
Domini a dicti loci Fratribus audiendis
devote convenerint. A.V.C.O.

1246 29 Aprilis Medoz

Albertus Comes Goritiæ restituit Wilhel-
mo q.m D. Elizoi de Varmono villam
et duo castra Varmoni ut eundem pertinuit
ibidem ab ipso emerat, promittens
hanc restitutionem perpetuo firmam
habere et tenere sub pena ducentum
millium marcharum. Antonius Bel. Acugg.

1246 19 Maii.

Albertus Comes Goritiæ promittit D. Phi-
lippo Preposito S. Stephani quod Advoca-
tiam, Albergarias, censuum, jura et
rationes quas habet in villis Corsigliani,
Pradamani et Trevenzani usque ad...

annos septem non valiturum ex statuto.

vo Bellonasi.

1246 24 maii Ungrispach

Albertus Comes Goritie et Meinardus ejus filius cedunt perpetuo Abbatisse et monasterio S. Marie de Aquileja Advocatiam de Pantianico, de Beano, de Casellis, de Malazumpicco, et de uno manso in Bi... chinco excepto Sabito quod fiet tali modo videlicet si aliquis de dictis villis taliter excesserit quod sit capiendus et mori meruerit aut membris truncari, Officiales D. Abbatisse eum capiant et judicent et probato maleficio et statuta pena, Officialibus D. Comitis per cingulum eum tradant ut faciant de ipso justitiam. Promittunt Abbatissa et monasterium quod pro unoquoque manso locato dictarum villarum annis singulis in perpetuum assignabunt et dabunt ad cellarium D. Comitis de Goritia tria staria tritici, quatuor staria avene, spallam porcinam, duas gallinas, viginti ovo et octo denarios Aquilejenses. De jactolis vero et male locatis dimidium percipiemus. Ottobuoni vol. cit.

1246 5 iunii in Civitate Austria

Commune Sacili fecerat quedam statuta cujus tenor talis erat.

I Si quis in Civitate et districtu Sacili animo irato percusserit aliquem, et sanguis non exiverit, sexaginta soldos denariorum parvorum pro compositione componat et sexaginta soldos pro banno Communi

II Si quis percusserit aliquem animo irato et sanguis exiverit centum soldos denariorum parvorum pro compositione componat et centum soldos pro banno Communi

III. Si quis interfecerit aliquem in Civitate Sacili moriatur, et caput ei auferatur a bucto.

/ D. Raymundus Patriarcha ad cujus approbationem suprascripta statuta fuerunt per Ambaxiatores Communis Sacili praesentata, duo prima confirmavit, tertium vero correxit, videlicet ubi dicitur, moriatur et caput ei auferatur a bucto, substituit: secundum quod juris ordo postulat puniatur. Ex Lapide. D. Cic. c

1286

D. Cinus de Capponibus Procurator D. Patriarchae praecepit omnibus habitatoribus Carni Venieris ut quilibet eorum habeat equum cum armis paratum et cum suis famulis sub poena amittendi gratiam D. Patriarchae. Bellonus

1286 2 Septembris in civitate Austrie,

In Capitulo majoris Ecclesie S. Marie
civitatis Austrie per Dominos Bernar-
dum Decanum et alios Canonicos Civi-
tatenses tunc ibidem vocatos et con-
gregatos solito more, primo sunt elec-
ti sive creati Petrus de Orsaria ne-
pos D. Martini dicti Cornow, et Nico-
lucius filius quondam Maynardini
de Civitate in Prebendarios secundum
ordinationem infrascriptam Magistri Piroli
Canonici Civitatensis, ad dicendum
singulis diebus horas Beate Marie in
Ecclesia majori Civitatensi apud aram
videlicet quod Vesperas dicere debeant
dum Vespere pulsantur ad Vesperas com-
munes Dominorum; et post matutinas
Dominorum sive communes immedia-
te dicere debeant de Beata Maria
matutinas, Primam, Tertiam, Sextam
et Nonam sicut Magister Pirolus in
suo testamento ordinavit et statuit
de Bonis suis cum redditibus trium
Marcharum ad usum Curie Prebenda-
riis supradictis. Qui Prebendarii illas
prebendas habere debeant usque ad vi-
ginti, seu vigintisex sive usque ad
viginti septem annos sue etatis a
nativitate ipsorum et non ulterius. Que

tunc aliis conferantur sub dicta conditione et forma et insuper tali conditione, quod si non facerent et non dicerent ut debebant, seu vitam ducerent inhonestam, Decanus et Capitulum ipsas privare valeant prebendis prefatis, et aliis idoneis conferre. Item quod mansi, seu possessiones redituum dictarum prebendarum esse debeant sub protectione et regimine Capituli, et specialiter in Officio Clavigeri Capituli, qui reditus memoratos debite et congruis temporibus conduci faciat in claustrum Canonicarum, et ibidem illas dictis prebendariis per illos qui eosdem reditus solvere debuerunt, assignari faciat et persolvi. Chron. Ced.

1286 31 Decembris Glemonae

Ex dictis quorundam testium qui de commissione D. Raymundi Patriarche, fuerunt per D. Andolinum Bongas Capitaneum Glemone, interrogati colligitur quod Gregorius Patriarcha precepit quondam D. Glizojo de Venzono et hominibus dicti loci quatenus nullum forum ibi facerent ad quaestum, excepto pane, vino et ferris equorum ad minutum, et fecit pactum cum eodem D. Glizojo quod quicumque faceret in Venzono mercationes ad quaestum solveret poenam quinquaginta librarum.

nullus mercator cum aliquibus mercationibus undecumque venirent transiret per clusam nec per Tulmetium nisi prius mercationes signate fuissent sigillo D. Capitanei accepto in Glemona.

Cum D. Gregorius Patriarcha transiret quondam per Glanzonum et invenisset portas sidem factas super stratas, vocato D. Elirajo et vicinis ejusdem loci quaesivit ab eis quare serrarent stratas suas, et incontinenti fecit dictas portas deponere praecipiens ne de cetero aliquas portas vel obtacula facerent super stratas suas. Jacobus. Not. c f c.

1287 18 Januarii

D. Patriarcha investivit duo molendina sita in aqua dicta Tassalto in capite nemoris S. Susanae, aliud in villa Cinti et vocatur Molendinum de lis Planchis D. Philippo et Jacobo de la Turre salvando pro primo marcham mediam, et pro secundo staria sexaginta bladi ex vallis frumenti.

1287 29 Januarii. in Aviano in turri

D. Raymundus Patriarcha investivit manu propria Raphaelutum q.m D. Petri de Aviano de duobus passibus pro facie de habitantia quae fuit q.m D. Marsilii de Palulucca sita in Castro Aviani. Nicolaus. Not. c 7 o

1287 9 Februarii

Valterus q^m Radii de Gallano re-
signavit D. Raymundo Patriarche unum
campum quem habebat in castellania Va-
riani juxta terram D. Vetalmi de Villal-
ta, et fuit investitus D. Vetalmus jure
recti et legalis feudi. ex Valterio Bellonus.

1287 15 Februarii

D. Vetalmus de Villalta fuit investi-
tus per D Raymundum Patriarcham de
tribus mansis in villa Tavognaci et de
Advocatia ex Valtero Bellonus

1287 19 Februarii

D Raymundus Patriarcha concessit Dom-
nis Randulfo de Villalta Decano Aquilegen-
si et Vetalmo ejus fratri recipientibus
pro se ac D Henrico fratre et Federico
de Villalta nepote ipsorum licentiam et po-
testatem quod in mota de Variano in
fundo suo quem habet in feudum ab Eccle-
sia Aquilejensi unam domum lapideam
cujus murus sit spissus de tribus pedibus,
et altus de pedibus quadraginta, et quod
possit construere murum circa curiam
dicte domus quam ibi faciunt altum de
decem passibus. Ex Valtero Bellonus.

1287 10 Martii in civitate Austrie.

‡ Ex precepto Rev. Patris D. Raymundi
Patriarche Aquilegiensis, voce Preconis, fuit

publice proclamatum. quod moneta, que pu-
blice pro nova currebat, deberet dari et
accipi pro nova usque ad diem [illegible]
simum intrante marcio et ex tunc pro
antiqua tantum. chron. iul.

1287 19 Aprilis

+ D. Brita de Top Canonicus Civita-
tensis fuit confirmatus in Episcopum
Tergestinum per venerabilem Patrem D
Raymundum Patriarcham Aquilegiensem.
chron. Iul.

1287 20 maii. in Civitate Austrie

D. Simon de Cucanea habebat Chi-
vilium ville de Cavoreto, et cum De-
canus et Capitulum Civitatis Austrie
haberent in eadem villa plura bona
idem D. Simon petiit a dicto D. Deca-
no et capitulo utrum eum ibidem [illegible]
uti jure suo. Decanus et Capitulum
responderunt quod habent bona in dicta
villa cum omni jurisdictione, nec
aliquis nisi ipsi habet jus aliquid or-
dinandi aut disponendi in causis suo-
rum rusticorum in dicta villa, ex-
cepto quod de judicio sanguinis de
quo se intromittere nolebant. Quod
si super hujusmodi judicio sanguinis
aliquod jus haberet placebat eis quod
eo uti deberet. D. Simon dixit quod

de hujusmodi responsione erat contentus et quod in aliis se non intromitteret M.C.C. O

1287 29 mai

Magnardus Comes de Goritia obligavit D. Johanni Preposito S. Stephani de Aquileja Advocatiam, Albergarias, cruentas, jura et actiones quas habebat super villis et mansis de Cursiquerco, Rodenano et Terenzano pro certa pecunie quantitate promittens quod ea non redimeret usque ad septem annos ex Vualtero Bellonus

1287 4 Junii

+ Ivit venerabilis Patriarcha Raymundus a Civitate ad montemfalconem, ubi eadem die convenit ad eum maxima multitudo militum, equitum et peditum de toto Forojulii, Carnea et Cadubrio ita quod a decem octo annis supra usque ad septuagesimum annum omnes prescripti fuerunt preter servos et homines mercatorii. Et de Civitate, utino, Glemona et aliis Burgis sex homines de suprascripte prescripte etatis miserunt unum peditem. de villis vero decem miserunt unum peditem ad dictum exercitum

Convenit etiam ad dictum exercitum D. Comes Goritie cum sua gente, et omnes fautores D. Patriarche, et

Domini Comites de Istria, et Sclavonia, et D. Maynardus Dux Carinthiae, et Comes Tyrolensis misit in auxilium D. Comitis Goritiae, fratris sui, ab Ecclesia Aquilegiensis Venerabilem Patrem D. Episcopum cum multitudine maxima militum equitum et peditum. Praedictus exercitus vastavit et destruxit vineas Justinopolitanorum, et eorum labores et subsequenter obsedit castrum Mucon; et cum non possent illud capere, illo relicto reversi sunt. Et pervenit exercitus ad Montemfalconem die lunae in vigilia Beatae Mariae Magdalenae, scilicet undecimo exeunte Julio. Chron. Jul.

1287 14 Junii.

I. Captum fuit Maranum per Venetos die autem septimo intrante Julio subsequenter relictum et spoliatum fuit per Venetos, et occupatum per D. Arbeicum de Castello. Chron. Jul.

1287 22 Augusti. Apud Montemfalconem

Cum pro gente quam in Istria habebat D. Raymundus Patriarcha magnae quantitatis farinae necessitatem haberet, rogat Decanum et Capitulum Civitatis Austriae quatenus ducenta

stavia farinę de Civitate Tergestum conduci faciant. A.C.C.O

1287 15 octobris in Civitate Austriae

Raymundus Patriarcha concedit Abbatissę et sororibus monachorū S. Francisci in Civitate Austrię ut transeant ad Ordinem S. Clarę et eximit eas, monasterium et earum possessiones tam in spiritualibus quam in temporalibus a jurisdictione Patriarcharum et Ecclesia Aquilejensis et utantur privilegiis Ordini S. Clarę concessis. A.C.C.O

1287 19 octobris

†. Auctoritate Cardinalis qui preest Ordini S. Clarę per fratrem Petrum visitatorem Sororum Ordinis S. Clarę et presente F. ministro Ordinis fratrum minorum confirmatę sunt Sorores S. Clarę apud Austriam Civitatem, et datus est eis habitus et regula S. Clarę. Chron. Jul.

1287 20 octobris.

†. in nocte sequenti, Luna XII. secundum aureum numerum, fuit Ecclipsis lunę circa medium noctem et visa tunc fuit sanguinei coloris Chro. Jul.

1287

†. in mense octobri, impositi fuerunt per D. Raymundum Patriarcham de voluntate et assensu Clari et Laicorum de Foroiulii viginti solidi cuilibet man

so, et redditus molendinorum in Foroiulii, pro assoldandis equitibus et peditibus contra Venetos et Iustinopolitanos in subsidium Tergestinorum et aliorum quorumdam de ceteris fautorum Ecclesie, Aquilegiensis. Chr. Iul.

1287 27 Novembris. in Patriarchali palatio Sacili

D. Raymundus Patriarcha confirmat statuta facta a suis Predecessoribus circa plovicum faciendum Sacili ab illis de Villanova, mandans quod hujusmodi plovica fiant qualibet septimana die Veneris per totum diem, nec se aliquis excusare possit nisi forte fuerit in servitio D. Patriarche, de ipsius, vel Officialis ejus mandato. ex Vallxra 8. Cicon c.

1288 8 Ianuarii

Raymundus Patriarcha concedit in perpetuum Abbati et monasterio S. Marie in Landestrot Ecclesiam S. Iacobi de dicto loco. Ita tamen quod qualibet die Sabati celebrent solemniter Missam de S. Maria et in eadem Ecclesia S. Iacobi sic continue deserviant ut fideles divino obsequio non fraudentur et ad omnia onera ad que prius Rectores dicte

ecclesię tenebantur ipsi Abbas et conventus
remaneant obligati. Ex S. F. C.

1288 19. Februarii

D. Gulielmus de Venzono resigna-
3 vit D. Raymundo Patriarche omnia feu-
da quę habebat ab Ecclesia Aquilejen-
si. in castro et villis et aliis perti-
nentiis Venzone, et idem D. Patriarca
magnificum D. Maynardum Ducem
Carinthię tantum ita quod ad ejus
descendentes transire non debeat, de
jure quod dictus D. Gulielmus habebat
in predictis castro et villis Venzoni
ab Ecclesia Aquilejensi, investivit, ju-
re tamen semper salvo Ecclesię
memoratę, et expressa in eadem
investitura cautum, quod idem D.
Patriarcha eundem D. Ducem tan-
tummodo de jure predicto investi-
vit. ipse quoque D. Dux eidem D. Pa-
triarche velut vassallus Ecclesię Aqui-
lejensis fidelitatis prestitit sacramen-
tum. E. F. C.

1288 5 Februarii

I. Venit Civitatem ad Monasterium
S. Clare, pro Abbatissa ipsius loci, vene-
rabilis Domina de Mediolano, neptis
D. Raymundi Patriarche Aquilegiensis
Chron. Cal.

1288 19 Februarii

* – Investivit D. Raymundus Patriarcha nobilem virum D. Meynardum Ducem Carinthiae, de Venzono ad rectum et legale feudum Ecclesiae Aquilegiensis, quod emerat a Gilelmo de Venzone pro mille et quingentis marchis ut dicebatur. Chron. Jul.

1288 17 Februarii in Civitate Austriae

In praesentia Dominorum Episcoporum Adalgerii Feltrensis, Brixinae, Tergestini, Simeonis Emoniensis, et Ulrici Petenensis nec non aliorum Testium quamplurium, D. Raymundus Patriarcha fecit D. Maynardo Duci Carinthiae petitiones infrascriptas, videlicet.

I Restituat sibi et Aquilejensi Ecclesiae Laybachum cum castris, possessionibus, ministerialibus, juribus etc. quae ad ipsum D. Patriarcham et ejus Ecclesiam spectabant utpote quae per D. Ulricum Ducem Carinthiae pro damnis Aquilejensi Ecclesiae illatis data fuerant eidem Ecclesiae et Patriarchae Gregorio.

II. Dimittat decimas Plebium Crenglae, Allae, Ecclesiae et Tarvisii quae per dictum D. Ducem indebite occupabantur

III. Restituat Castrum Nassenvuaz
cum sexaginta marchis redditum oc-
capatum per ipsum D. Ducem, vel
solvat mille marchas cum predic-
tus Dux Ulricus obligaverit illud
D. Patriarche Gregorio dum pro
mille marchis redimeret.

IV. Restituant castra Lictemberg Wel-
dhenek et Nadeck ad Ecclesiam
Aquilejensem pertinentia et per eum
occupata

V. Det sibi duo millia librarum ve-
ronensium quas D. Ulricus Dux pre-
judicio et damno Ecclesie Aquilejensis, quida-
m militi assignavit dicto D Gregorio
Patriarcha pro bonis aliis obligatis et
nondum redemptis.

Super quibus prefatus D. Meynar-
dus Dux Carinthie dixit se velle de-
liberare et habere concilium et postea
respondebit Nicolaus notarius A.C.U.S.

188 17 Februarii in Civitate Austrie
2 D. Meynardus Dux Carinthie pe-
titionibus D Raymundi Patriarche,
hanc dedit responsionem

I. Tenebat Laybachum nomine
D Rudolfi Romanorum Regis, nec
aliud faciat de illo quam quod

ipse d. Rex duxerit ordinandum

II Bertoldus de Sarphinberch qui castrum opprimebat obsessus ab ipso d. Meynardo Duce non alio pacto ei dimisit castrum de Lyechtenberch, cre- dens ab Waldenech restituendo Patri- archa Ecclesie quam quod eum in dicto Patriarcha gratiam reconciliaret, alio- quin ille sibi restitueret. Unde dictus d. Dux paratus est illi d. Patriarche, tradere si ipse predictum d. Bertol- dum in suam gratiam reciperet

III Super facto de Venzonaz ac su- per facto duorum millium librarum quas d. Patriarcha, ut ipse asserebat ha- bere debebat a d. Duce Ulrico, hoc tantum ipse d. May- nardus Dux respondet si d. Patriar- cha faceret quod ipse d. Dux esset he- res propter d. Ulrici q(uondam) Ducis Carinthie, ipse non solum mille marchas verum quatuor millia libentissime sibi daret.

IV Que, quomodo, aut quibus fuissent aliqua bona per dictum d. Ulricum aliquando obli- gata d. Maynardus ignorabat nec de veritate facti poterat informari nisi per homines illius contrate. Debet ille in proximo ad illas partes se confer- re ubi postquam super hoc fuerit

plenius informatus faciat quod sibi vide-
bitur faciendum. Nicolaus not. &c. U. c.

1288 21 Februarii. Marani

Albinus de Tegrano nuncius D. Do-
tici de castello dedit et tradidit Terram
Marani presbytero Guillelmo Plebano de
Civitate procuratori D. Raymundi Pa-
triarche, salvo et reservato omne jure
quod D. Articus habebat in ipsa Terra
antequam capta fuisset a Venetis, per
sessiones, et domos suarum habitatio-
num et bestiames quas coperant D. Artico
in dicta Terra, et boves et ea quae de-
bebat exigere ab hominibus dicte Ter-
re. Anton. Not. Belloni

1288 24 Martii in Civitate Austrie

Raymundus Patriarcha confirmat
Privilegium quo Patriarcha Gradensis,
Archiepiscopus Antibarensis et novem
alii Episcopi omnibus vere penitenti-
bus et confessis qui Ecclesiam Fratrum
Predicatorum in honorem B. Petri
martiris ibidem fundatam devote vi-
sitaverint in diebus nativitatis et Resur-
rectionis Domini, in quibus festis B.
Marie Virginis in diebus S. Petri Mar-
tiris et S. Dominici et omni quarta
Dominica cujuslibet mensis, singuli

singulas quadragenas de iniunctis sibi
penitentiis in Domino relaxamus. Ex
membrana eccl. S. Petri martiris Utini a.
1288 1° Aprilis in Civitate Austria,

F. Raymundus Patriarcha de uno
manso et medio sito in Carnea in mon_
te de Cabia investit manu propria ad
rectum et legale feudum F. Matthaeum
de Buja filium Marquardi de S. Ste_
phano. Nicolaus not. C.7.0

1288 19 Aprilis Utini.

Coram F. Bernardo de Ragogna De_
cano Civitatensi quem sententialiter
pro judice posuerat loco sui, F. Raymun_
dus Patriarcha assignari fecerat diem
Albanoro et fratribus, Corradojo et
filiis q.m Marcutte, nec non aliis de
Ragogna ac eorum fautoribus et se_
quacibus ad faciendum suam excusa_
tionem vel ad satisfaciendum sibi su_
per eo quod non obstante inhibi_
tione sic facta non solum non ce_
ssaverunt a castro Forgaria quod ob_
sederant verum etiam vulneravere_
runt homines ejusdem loci com_
burendo et depredando omnia circa
dictum Castrum posita post pacem fac_
tam inter Dominos Fredericum de Pin_

zano et Ubertum de Mimillano ac eorum consanguineos et adherentes Quare petebat per eos sibi responderi vel satisfieri de damnis, offensis et iniuriis illatis

Responderunt predicti de Flagonea quod quidquid fecerant in servitio fecerant et de voluntate Dominorum Cononis et Ubertì de Mimilano quorum erant servitores cum quibus etiam plures de Flagonca commorabantur et dabant eundem D. Cononem ibidem presentem super hujusmodi pro warento. nec aliam responsionem dabant nec aliter ad satisfaciendum illos cogi potuisse putabant

Tunc D Patriarcha ~~et~~ ipsum D Cononem impetebat ut pro illis de Flagonea satisfaceret sibi de damnis et injuriis per eos illatis

Negabat D. Cono et respondebat quod hodie datus non fuerat sibi terminus ad respondendum super predictis et ideo nullam responsionem aut satisfactionem dare nisi dies rationabilis sibi assignaretur

Et posita questione, per majorem partem curie, sententialiter judicatum fuit quod postquam dictus D. Cono se

fuerit pro parente dictorum de Flagonea et erat presens debebat ibidem respondere in eodem statu in quo dicti de Flagonea et eorum fautores respondere debebant. A qua sententia dictus B. Cono sentiens se gravatum ad proximum generale Colloquium appellavit, vivelanc not. c. 7 o.

1288 22 maii in Civitate Austrie.

Veneti Terram Marani ad Capitulum Aquilejense spectantem hostiliter invaserant et postquam aliquandiu eam occupatam detinuissent, recesserunt. Henricus de Castello vassallus Capituli Aquilejensis dicebat se suis, amicorumque laboribus, viribus, et expensis de manibus et potentia dictorum Venetorum, recuperasse ac liberasse, ac postea ipsam Terram custodivisse et a predictis inimicis viriliter defendisse; et pro recuperatione, custodia et defensione dicte Terre expendisse, ac damnificatum fuisse in tribus millibus et quinquaginta marchis denariorum Aquilejensis monete, quas sibi restitui a Capitulo ac satisfieri petebat.

Decanus et Capitulum Aquilejense negabant ad hoc se teneri dicentes

sed X. Articus non liberaverat, nec recuperaverat Terram predictam Marani de manibus sive potentia Venetorum, sed homines dicte terre ipsum X. Articum cum gente sua tamquam amicum Capituli Aquilegensis postquam Veneti de Marano recesserant voluntarie receperunt et dictam Terram intrare permiserunt. Qui priusquam reciperetur promisit hominibus dicte terre quod nec per se nec per suos lederentur in personis et bonis et nihilominus post receptionem hujusmodi ipsum Capitulum dampnificavit de duobus millibus marchis destruendo domos et munitiones Terre Marani, accipiendo supellectilia hominum ejusdem loci et machinas, lapides, calcinam et lotronos et tercaper auferendo census et alia jura, et multam pecuniam accipiendo indebite a quibusdam hominibus de Marano, et injuriam inferendo eidem Decano et Capitulo pro eo presertim quod ~~cum~~ dictus X. Articus predictam Terram Marani, quamdiu esset vassallus predicti Capituli, denunciatione et requisitione premissis contra ipsorum voluntatem, diutius tenuit occupatam. Quapropter idem Decanus et Capitulum sibi dari ac restitui decem millia marcharum Aquilegensis

manata ab ipso D. Artico petebatur.

D. Raymundus Patriarcha arbiter et iudex electus, sententialiter condemnavit Decanum et Capitulum in expensis necessariis et legitimis quas D. Articus iuravit se fecisse in custodia Terrae Maurani a die qua receperunt eamdem neque ad requisitionem ei factam per capitulum et a damnis per eundem D. Articum passis et expensis per eum factis post huiusmodi requisitionem, Decanum et Capitulum absolvit.

Pro iniuria vero quam prefatus D. Articus intulerat D. Decano et Capitulo eo quod Terram Maurani detinuerit postquam requisitus fuit ut eam restitueret, prefatus D. Patriarcha eundem D. Articum in tanto condemnavit in quanto dicti Decanus et Capitulum iuraverint quod noluissent sibi fuisse illatam per eam iniuriam superadditam; a ceteris vero petitionibus eidem per Capitulum factis D. Articum absolvit.

Super quibus requisiti de iuramento neuter illud prestare voluerunt.

Inter testes inveniuntur Fulcherius Concordiensis et Simon Emonensis Episcopi
Nicolaus Not. c.f.o

1288 10 Julii Utini

Raymundus Patriarcha innovat et confirmat quoddam Privilegium quod Henricus quartus Romanorum imperator ob singularem ejus dilectionem et ad petitionem Principum Theotonicorum, Italorum, Lombardorum et aliorum multorum suscipit in sui mundiburdio fidelem Cristallum de Premariacco et universos ejus heredes et consanguineos tali conditione ut neque Dux neque marchio aut aliqua ejus Regni persona possit eum aut ejus consanguineos et successores aliquo modo inquietare aut molestare in eorum bonis aut rebus mobilibus et immobilibus; ut liberam habeant communionem in pascuis, pratis, silvis venationibus et piscationibus et in aliis omnibus quae ad communem usum pertinent; nec ad placitum deduci possit nisi ante ipsum Imperatorem et ejus Successores sub pena centum librarum auri. Ex Vallero. T. 5. B. c.

1288 17 Augusti Reate

Nicolaus quartus Pontifex congratulatur cum Duce et Commune Venetiarum eo quod ipsi ad occupationem bonorum et jurium ecclesiae Aquilejensis manus

avidas extendentes Parentinam, Emonen-
sem et Justinopolitanam civitates, ac
S. Laurentii, Montone, Grisignane, Pi-
rani, insulae, Muglae aliaque nonnulla
castra, terras, villas et loca in Istriae
partibus occupata totaliter detinebant, immo
nonnulla ex illis data licentia inquisitor
destruxerunt graves exinde non solum
Patriarchae sed etiam Episcopo et civi-
bus Tergestinis injurias et damna non
modica inferendo. Propter inter Patri-
archam et quamplures Nobiles illarum
partium et alios Aquilejensis Ecclesiae vas-
sallos ex una parte et ipsos Venetos ex
altera graves guerrae erant ortae et discor-
diae multae et hominum excidia et peri-
culum animarum. Volens ipse Pontifex tan-
tis obviare periculis et malis ingruentibus
remedium aliquod porrigere, ac nihil magis
optans quam quod civitas Venetiarum quae
tamquam filia benedictionis et gratiae Ro-
manis Pontificibus ob sincerae devotionis
affectum et solidae fidei puritatem carior
semper ante omnes fuit, in pacis pulchri-
tudine sedeat et in requie opulenta con-
quiescat, eos Ducem et Commune rogat,
admonet, hortatur quatenus eisdem Pa-
triarchae, Episcopo et civibus ablata redderent,

revocent stipendiarios in Istriam missos, et a novitatibus, invasionibus, insultibus se abstineant. Alioquin sciant quod Archiepiscopus Ragusinus per censuram Ecclesiasticam de suo mandato eos ad hoc faciendum compellet.

Quod si jus aliquod in civitatibus, castris, villis, terris et locis eisdem habere credunt per idoneum procuratorem ad eam rem deferant qui sit facere illis et omnibus justitiae complementum exhiberi. C.C.R.C

1288 4 Octobris Utini

Super Decima montis Marcani quae est inter Marzanum et Budriam D. Raymondus Patriarcha et D. Conradus Abbas Rosacensis praesentibus D. Gualiadeo Abbate Sextensi et D. Sguarzutto Abbate Bellinensi et aliis pluribus ad hanc compositionem concorditer devenerunt scilicet quod prefatus D. Patriarcha nomine Aquilejensis Ecclesiae habeat duas partes, et D. Abbas nomine Stabilis de Budrio quae est ejus Monasterii, habeat tertiam partem Decimae memoratae. Ex Lupica R.C.C.O

1288 5 Novembris

† Castrum Muglae fuit captum per Venetos, sive datum eis pacto. Castrum autem Muglae inferior prius eis dabatur fu-

erat per intercessores. Chron. Jul.

1248 7 novembris.

+ Imposita fuerunt septem solidi pro
qualibet manso et qualibet rota molendini
et fulugni, et pro marcha molitura, vel
vendi sub pena dupli. Chron. Jul.

1249 11 januarii Aquilejæ

Provisio D. Raymundi Patriarchæ.
Quod homines Carneæ in quibuslibet
villis et locis dictæ Provinciæ et non
obstante quocumque statuto panem,
vinum, carnes, bladum, salem, pan-
nos, bestias seu animalia cujuslibet
generis, et omnes alias res usui su-
o necessarias inter se vendere vale-
ant sicut etiam comparare. Ita ta-
men quod nullus aliam rem ibidem
emptam vendat nisi ad usum neces-
sarium, et quod nihil forensibus me-
nitum vendatur nisi in mercato Tul-
metii aut alibi quam in dicto loco
mercationes exerceantur. Ex Vattero
Bal aquense

1249 16 januarii Concordiæ

Federicus et Manfredus fratres
et Ludovicus eorum consanguineus
de Porcileis a D. Petro Episcopo Conc-
tensi investiuntur cum vexillo sicut

eorum progenitores de feudo Advocatie totius Episcopatus Cenetensis et hec ad eos jura et honores exinde refutari debere in scriptis tradiderunt

I De condemnationibus et bannis hominum secularium ipsi de Povelaic habeo debent tertiam partem, nec banna ab Episcopo imponi possunt sine eorum consilio

II Habent in feudum Comitatum et jurisdictionem temporalem Curie Francinice

III Latrones et malefactores capti in Episcopatu Cenetensi eis tradantur, quos nec judicabunt nec punient sine consilio episcopi et tertia pars pene debeatur eis si pecuniariter puniantur.

IV In castris, in turribus et in portabus Ecclesie Cenetensis si libelli imponendi ac revocandi essent Episcopus eos audiat et ipsi tertiam lance partem habeant

V Naves que veniunt Burgusariam solvunt quarantesimum cujus due partes sint Episcopi et tertia Dominorum de Povelaic.

VI. Homines de Septimo et de Ruuchis annuatim tenentur sic facere quatuor plovigia

VII. De omnibus lectis interfectis in ne-
moribus Episcopatus Cenetensis habere
debent unam quartam, et de omnibus
lannis aut pignoribus que imponen-
tur aut fient in dictis nemoribus ha-
bere debent tertiam partem.

VIII Habent preterea Domini de Porcileis
in feudum ab Episcopatu Cenetensi Tur-
rim Ceneti, cum Castellare, Castrum
Sancti Elisei, Motam de Flameniis
et collem Bonellum cum planitie
que est supra collem S. Martini. Ver
a 307

1289 21 ianuarii

D. Raymundus Patriarcha committ-
it custodiam Castri S. Steni Dominis
Salvio et Enbevaldo fratribus de la
Turre una cum redditibus et utilita-
tibus ad dictum castrum et eius servi-
torium spectantibus, ad duos annos,
nemoribus duntaxat exceptis. Ex ital-
tavo Bellonus

289 10 Februarii. In Civitate Austrie.

Sententia pro Dominis Thoma
Simone, Odorlico et Adelpreto de Ca-
mino contra D. Raymundum Patri-
archam pro annuis redditibus mar-
charum quinque et denariorum que
deposita in muta retind, et tantum

rascorum et quadraginta denariorum in

Campo Talmini, cum investitura ad rec

tum et legale feudum sicuti facta per

ipsum D. Patriarcham. Ex Vattero. A M.u.c

1289 mense Februarii

Investitura facta per D. Raymundum

Patriarcham Francisco Notario q.m D. ucillut

ti de Utino de manso et molendino cum

duabus rotis conjunctis ipsi manso sito in

villa Utini in Sorzano solvendo sexte

rium staria frumenti tredecim avenae

tres milei et unam urnam vini. Ex

Vattero tradente.

1289 III Martii

✠ Venit ultra Nobilis D. Albertus Comes

Goritiae de Carintthia Tricesimum cum

magna multitudine hominum equitum

et peditum. In nocte vero tunc sub

sequenti combusta fuit tota villa Trice

simi cum Ecclesia et Cortina sibi ad

jacente, a gente dicti Comitis. Mane

autem facto, cum sua gente ivit ver

sus Aquilegiam, et permansit in vil

la Cervignani usque ad festum S. Geor

gii: gens cujus ivit depredando per

Foriumjulium semper, donec in villa

supradicta permansit. Chron. Jul.

1289 16 Martii Aquileiae

Collector Decimarum subsidio Terrae

sancte et Regni Sicilie deputatarum, mandavit Patriarche Raymundo quatenus partem ad eum contingentem infra quindecim dies integraliter solvere deberet, alioquin interdicebat ei ingressum Ecclesie et Pontificalia. Patriarcha non tam propter brevitatem termini quam pro eo quod Veneti cum potenti exercitu Terram suam hostiliter invaserant non poterat pecuniam qua egebat in aliarum subsidium convertere quam in sui ipsius et sue Ecclesie defensionem et tutamen ab aliis petere debebat de hujusmodi decreto sentiens se gravatum, ad Romanum Pontificem et ad sedem Apostolicam appellat. Nicolaus not. c f. o

1289 20 Aprilis

Albertus Comes Goritie pro centum et octo marchis vendit Henrico de Villalta Advocatiam ville Paulilanici excepto judicio fusis; et addidit octo marchis redditus super ejus bonis de Palcinia, cum jure feudi de dicta Advocatia investit Antonius not. Bellonus

1289 25 Martii

✝ Venerabilis vir D. Raymundus Dei gratia S. sedis Aquilegensis Patriarcha, in festo beati Marci, Aquilegia exivit

cum sua gente, et ivit versus Montem falconem, causa eundi ad exercitum in Istriam. Ea die venit ad eum D. Albertus Comes Goritię cum sua gente, quę erat in villa Cervignani, nec non omnes de toto Forojulii a decem et octo annis supra, et a septuaginta infra; et Carnea, Cadubrio, Carinthia, in cujus subsidium et juvamen misit etiam Nobilis vir D. Meynardus Dux Carinthię magnam multitudinem hominum. Omnibus vero congregatis apud locum prędictum, egregius vir D. Albertus Comes Goritię supradictus, de consensu et voluntate D. Patriarchę prędicti, fecit militem D. Henricum de Prampergo et D. Nicolaum filium Baldachi de Civitate in campanea, quę est sub Castro superius nominato. Quibus vero peractis ordinatę fuerunt acies Equitum per se et peditum per se: nec non Rectores cujuslibet aciei. Hoc facto computatę fuerunt acies et Rectores, sive Capitaneus cujuslibet aciei suas computavit omnes, et reperti fuerunt in summa in toto exercitu quinque mille milites, et quinquaginta mille pedites. Et mota inde exercitu iverunt omnes versus Terram, quam Veneti

fecerant ante Tergestum; et ibi per multos dies steterunt, et sepe cum ballistis se_ cabant sibi inter se, sed numquam in campum ad prelium convenerunt. et interdum faciebant treugas inter se, si possent concordari. et nostri intrabant Terram Venetorum, et ipsi Veneti in exercitu nostrorum durantibus treugis conveniebant. Hoc facto, una die D. Albertus Comes Goritie supradictus, ignorante Domino Patriarcha et absque vo_ luntate ipsius, separatus fuit de dicto exercitu, et recessit. Et tunc D. Patriar_ cha, habito consilio Sapientum, recessit universaliter cum omnibus de dicto exercitu die sexto intrante Majo; quia dicebatur, quod ipse D Comes vellet pro_ dere exercitum, et ipsum D Patriarcham.

Deinde celebratum fuit Colloquium generale Civitate decima tertia die intrante Majo, ut Tergestum in aliquo vide_ subverteretur. Cui Colloquio interfuit Do_ minus Comes Goritie, Domini Episcopi Ter_ gestinus et Concordiensis, nec non om_ nes Nobiles de toto Forojulii. in quo Colloquio statutum et ordinatum fuit, quod omnes de civitatibus, Castris et Bur_ gis et villis a decem et octo annis supra, et a septuaginta infra ire deberent au

exercitum profligatum. Qui D. Patriarcha ivit versus Montemfalconem septima die intrante Junio. Eadem vero die venit ad eum Henricus filius Comitis Goritiæ cum sua gente, et magna multitudine de toto Forojulii, et moverunt exercitum causa eundi Tergestum cum curribus et aliis multis deferentibus victualia. Et ita euntibus ipsis per stratam, quæ vadit versus Tergestum, faciebant strepitum et rumorem ultra modum, et in nocte ignes copiosos per montes, quia frigus erat. Veneti, qui erant in civitate illa, quæ erat ante Tergestum, cui imposuerant nomen Romagna, audiverunt rumorem magnum et strepitum a longe, quem exercitus faciebat. Timuerunt timore magno, credentes quod exercitus esset major quam fuerat prius, et erat satis minor. Omnes naves intraverunt qui potuerunt, et multi in aquam submersi fuerunt per nimiam festinationem et sollicitudinem; quia nec pater filium, nec filius patrem expectabat. Et ita die decimaseptima intrante Junio fugerunt, dimissis ibi multis bonis, quæ omnia quasi Tergestini acceperunt, quia nocte multum dubitabant quando illi fugerunt. Chron. Jul.

1249 26. maii in Sacilo.

D. Raymundus Patriarcha investit jure recti et legalis feudi de Castro et Curia Cavolani cum suis pertinentiis D. Savardum de Camino, Comitem Cenetę et Vicarium Tarvisii generalem, qui praestitit dicto D. Patriarchę fidelitatis debitę juramentum quod vassallus Domino suo facere tenetur et debet. Ex Lupico C.7 c.

1249 28 maii in Civitate Austriae.

Cum per Venetos inimicos Sanctę Aquileiensis Ecclesię major pars Istrię occuparetur, et Civitas Tergesti esset adeo per mare et per terram obsessa, ut homines Civitatis ejusdem fideles ac devoti Aquilejensis Ecclesiae victualibus carentes ad ultimum famem essent deducti. D. Raymundus Patriarcha cum vellet suis fidelibus succurrere ac providere et magnis aggravatus expensis occasione dictę guerrę, aliter non posset nisi venderet de bonis suis Patriarchatus habito consilio et assensu non tam Capituli Aquilejensis quam etiam Praelatorum, Nobilium et Communitatum in generali Colloquio congregatorum, publice et foro centum marcharum denariorum Aquilejensis monetę

vendit D. Iohanni de Zuccola villam suam de Rutars sitam juxta castrum de Trussio cum omnibus domibus, molendinis, terris, silvis, aquis, Advocatiis, Vicinis, garitto, ac omni jure, honore, dominio quas et quod ipse D. Patriarcha et Ecclesia Aquilegensis noscebantur habere in dicta villa. Antonius not. [illegible]

1289 29 Madii

D. Raymundus Patriarcha investit D. Embaraldum de la Turre recipientem pro se et D. Gabrio fratre suo, de habitantia maduna que sibi exciderat per mortem Seine habitatoris maduna, qui mortuus erat sine heredibus. Ex Vallero, Bellonus

1289 12 Iunii

Die Dominica duodecimo intrante Iunio in hora meridiei existente malo tempore quando exercitus D. Patriarche appropinquabat ad villam de Porcech exercitus Venetorum, qui obsederat civitatem Tergestinam, in salutato hospite, magno arreptus timore et hebetudine mentis, et non sine modica rerum amissione machinas petiit alias. Rubeus not. Aquileiensis

1249 — 12 · Junii

~~D. Raymundus Patriarcha confitetur quod castrum Flagoniae est Dominum Warnerium de Villalta, et petit septuaginta marchas et quinquaginta denarios pro custodia per eum facta, aliter illud dimitti faciet.~~ pettoure.

1249 9 Julii Utini.

Jacobus Cantor Ecclesiae Utinensis

Gusila de Villalta Archidiaconus Aquil-
ejensis

Cantor Domine Archidiacone, vos vocastis clerum vestri Archidiaconatus hodie ad Synodum celebrandum in majori Ecclesia Utinensi, nec me, nec Capitulo requisito, ubi nihil habetis facere. Quia ego, Ecclesia et Capitulum Utinense immediate spectamus ad D. Patriarcham Aquilejensem et non ad vos nec ad Archidiaconum Aquilejensem. Peto igitur nomine meo, Ecclesiae et Capituli Utinensis quatenus placeat vobis in hoc taliter vos habere quod propter hujusmodi vocationem nec nobis in posterum, nec Ecclesiae nostrae praejudicium aliquod generetur.

Archi: Scio bene, Domine Cantor, et recognosco quod in majori Ecclesia Utinensi

nihil facere habeam, nec in clerum Ipsius

Ecclesię: sed hoc vago de gratia specia-

li, quia commodius in Ecclesia Utinen-

si potest Synodus vocari propter oppor-

tunitatem loci et Terrę medialem.

Custos. Cum res ita se habeat, Venerande

Archidiacone, vestris commodis prospi-

cite. Nicolaus vol. A.C.U.D.

1289 13 Octobris

D. Raymundus Patriarcha, suo, Aqui-

legiensis Ecclesię nomine et D. Alberti

Comitis Goritię ac Episcopi et hominum

de Tergesto compromittit in D. Nicola-

um quartum Papam de omnibus contro-

versiis, discordiis et guerris quę vertebant-

tur inter ipsos et eorum quemlibet ex

una parte, et D. Ducem et Commune Vene-

tiorum ex altera tam super Parentina,

Iustinopolitana et Emoniensi Civitatibus,

et Rubini, Pirani, Insulę ac Humagi

Terris, et Montonę, S. Laurentii et Mu-

glae castris, et castro et burgo Mocle

nec non super iurisdictione et dominio

dictarum Civitatum, Terrarum et Castro-

rum, quam super destructione Castri

S. Sergii et damnis et iniuriis datis

hinc inde aut factis ita quod Pontifex

prefatus diffiniat, arbitretur et iudicet

pro suę beneplaciti voluntatis.

Super restitutione vero bonorum mobilium que ablata fuisse dicuntur hominibus de Venetiis tam per subditos suos, quam per homines de Tergeste placet D. Patriarche quod D. Bernardus Episcopus Tripolitanus electus a Pontifice ad componendas discordias que inter dictas partes vertebantur judicet et diffiniat prout juris ordo postulat. Vacat De sin.

1289 22 Octobris.

D. Raymundus Patriarcha a D. Bernardo Episcopo Tripolitano requisitus pro parte D. Nicolai quarti Pape quod faceret D. Duci et Communi Venetiarum treguas ad duos annos, respondit, se ob reverentiam Apostolice Sedis et ipsius D. Episcopi et in favorem Terre Sancte fore paratum facere treguas hujusmodi ita tamen quod restituatur in possessionem civitatum et castrorum Istrie quibus tempore suo spoliatus est, scilicet Justinopolitane et Emoniensis civitatum, ac Montone et Mucle, Pirrique ne et viciniatus S. Petri, et Humaghi et castri et Burgi Mugle, et jurisdictionis et dominii dictarum civitatum Terrarum et castrorum: vel quod dicte civitates, Terre et castra ponantur ex nunc in manu Apostolice Sedis ve

que ad conclusionem pacis. Dimicatis autem treugis huiusmodi relaxentur libere, vel saltem sub conditione carcerati, et omnes ejecti e civitatibus et locis sive qui exierunt proprio motu gaudeant et fruantur bonis suis intus et extra.

Venet. Doc. B.M.

1289 2 Novembris

Auditis partibus videtur D. Episcopo Tripolitano pacem hinc et illinc inchoari posse ac statui conditionibus infrascriptis.

Super questionibus et controversiis vertentibus inter D. Patriarcham Aquilegiensem ex una parte et D. Ducem et commune Venetiarum ex altera circa jurisdictiones et dominium civitatum, terrarum et castrorum Istrie, et alias novitates factas tam in mari quam in terra, diffinitio remittatur ad [illegible] in quem singule partes compromiserunt

Super restitutione rerum mobilium acceptarum vel intromissarum ante pacem factam per D. Episcopum Concordiensem, ipse D. Episcopus Tripolitanus tamquam arbiter et amicabilis compositor diffiniat

Castrum et Burgum Muglę resti-

matur D. Patriarche, tummodo indulgentur hominibus dicti burgi et castri et fiat re- missio de eo quod se dederunt D. Duci et Communi Venetiarum et fuerunt cum eis ad guerram.

Castrum de Mucla restituatur Episcopo et Ecclesie Tergestine postquam homines de Tergesto qui illud tenent, reducti fue- rint per pacem in eorum civitatem.

Ulricus qui tenet Castrum Sovigna- ni stabit sententie Curie Vassallorum D. Patriarche, quod si facere noluerit D. Dux se de ipso non intromittat.

Ulrichus s. Petri restituatur tali conditione quod nullo fidelitate teneatur ...

Antiquarum, cum sit de districtu Iustinopolis, eius castrum reddatur.

Pacta olim inita inter D. Patriar- cham Gregorium et D. Raynerium Zeno cum reformatione super illis facta inter D. Laurentium Teupolum tunc Ducem et ipsum D. Patriarcham Raymundum ser- ventur cum conditionibus appositis, ex- ceptis quod hinc inde satisfiat de sub- tractis medio tempore.

Commune et homines de Tergesto observent pacem factam per D. Episco- pum concordiensem.

Pax et pacta facta per dictum D. Episcopum Concordiensem inter D. Parcam et Commune Aecchiarum ac inter D. Comitem Goritie penitus observentur

Cessent omnes offense hinc inde inter predictos Dominos et eorum vassallos subditos et fautores. Relaxentur hinc inde omnes carcerati. Ejecti de civitatibus et qui propter motu exierunt utantur libere omnibus [illegible] bonis

Commune et homines de Tergesto destruant omnes muros et fortilitias Tergesti factas et factas ex parte maris ab initio prime guerre, hocque infra octo dies, propugnacula vero et fortilitias factas in mari ab initio dicte prime guerre destruant et tollant infra duos menses

Forbanniti utriusque partis ac profugi redeant ad possessiones suas et illic firmentur postquam juraverint stare mandatis Domini sui, qui autem non venerint infra mensem, nec juraverint ut dictum est non recipiantur

Turris facta apud Belfortem non ammoveatur totaliter; sufficiat quod non ostendatur aliquo tempore usque ad terram D. Patriarche, et Comitis Goritie.

si qua catena posita fuisset per Ve-
netos in flumine S. Iohannis de Laorde
tollatur, et Dux et commune Venetia-
rum permittant homines Patriarche,
Comitis Goritie, et subiectos et fauto-
res eorum ire tam per flumina quam
per mare sicut ire consueverunt
ante guerram.

Si pacem fieri contingat, fiat
firma pro omnibus et singulis fide-
libus habitatoribus et fautoribus eorun-
dem quicumque et undecumque sint.

Udine Typ. 3cm.

1289 11 Novembris

D Raymundus Patriarcha Investit ad
simplicem fictum dominos Sabidum et
Enbavaldum fratres de la Turre ad
decem annos de duobus molendinis
iacentibus ante portam Meduna sol-
vendo annis singulis decentum et
quinquaginta libras in canipa sua
Meduna. - Ex Valbona. Bellonus.

1289 26 Novembris in civitate Austria

Henricus de Prampergh et Simon de
Cucanea pro se et universis qui inter-
fuerunt morti D Leonardo de Utino
et omnibus eorum fautoribus et ami-
cis in manibus D Adalgerii Feltren-
sis et Bellunensis Episcopi et D. Gerardi

.. Camulus Capitaneus generalis Iuravit ju- raverunt treugas ad unum annum Camulus Philippo Preposito S. Stephani Petro et Constantino de Lukino fratribus ejus nec non Conradino et aliis filiis ... Leonardi, et Leonardo et fratribus filiis q. Henrici de Artonea et omnibus eorum fautoribus et amicis; ita quod quilibet de utraque parte de bonis suis ubicumque sita sint libere uta- tur et gaudeat sine impedimento aut contradictione partis adverse; hoc salvo quod Iohannes et Conradus q. Conradi de Savorgnano Rudolphus de Qualis, Alovi- cus de Attems et Radulphus filius Ste- phani nec eorum aliquis usque ad dictum terminum nec castrum, nec mer- catum, nec villam Utini, nec Castrum nec villam Savorgnani intrare audeat at Ex Actis A C T E Apparente isto teste fulcherio Episcopo Concordiensis et Arrigo episcopo Tergestinus.

1270

In monasterio Sextensi erat quæ- dam parva Ecclesia super quadam ca- mera.

Abbas Sextensis portabat sigillum Abbatiæ ad cingulum pendens in quo sigillo insculptus erat Abbas cum

facta in manu, et litterę cera

Quidam puer ejusdem fratris Hermag. et ?

ni electi Abbatis serviebat eidem fra

tri ad mensam genu flexa. A. Cocc.

1290 21 februarii Flagones

Rantulfus Decanus Aquilejensis et vi

carius de Batrio pro parte et mandato

Raymundi Patriarche mandavit Domi

nis Albuono, Cavalcajo et Odorico de

Flagonea, quod facere debeant statim

pro se et eorum adjutoribus firmas

treguas usque ad diem Pentecostes

proximum omnibus de Fagagna et

ipsorum fautoribus et amicis sub pe

na trecentorum marcharum

Predicta die sub castro Pinzani

supradicti Domini Decanus et Nicola

us nomine ut supra mandant Bla

vino et omnibus de Fagagna quod

faciant statim treguas usque ad di

em Pentecostes Albuono et omnibus

de Flagonea sub pena supradicta. Qui

Blavinus habito concilio cum suis

respondit, quod Domini de Prata et

de Porcileis qui sibi coadjutores erant

in illa werra non erant presentes,

et ideo non poterat super hiis absque

eorum voluntate respondere, unde ro

gabat quod cum dicti de Prata et de

Porcilei, sicut ibi venturi, expectaverunt eorum adventum. Tunc D. Ro... canus et Nicolaus dixerunt quod responsionem Raymundi usque ad crastinum ante Tertiam et non ulterius expectaverunt apud S. Pantaleum, et quod ... fecerunt illos de Ragonea nullatenus offendant sub pena quadraginta centum marcharum. Nicolaus not. C.P.c.

1290 4 Martii

D. Magister Iohannes Terpachinus tempore D. Alberti Sacerdotis et Conradi q(uondam) Ardolfi Camerarii Ecclesie S. Silvestri, fecit campanam predicte Ecclesie de voluntate et consensu totius Communitatis Ecclesie antedicte ...

1290 11 Martii

D. Gerardus de Camino confitetur se habere in feudum rectum et legale juxta consuetudinem Terre Foriiulii a D. Raymundo Patriarcha castrum Motte, Castrum S. Cassiani seu castrum Cavolani cum Burgo Terre Serravalli, et castrum Regenzuoli, et castrum Cabolani cum omnibus villis, mansis, ... vallis, ... de quibus idem D. Patriarcha fuit investitus. Actum super Camolum in Parlamento. ...

1290 13 Martii Utini

D. Raymundus Patriarcha mandat Vicario Plebium Glemone, S. Pantaleonis, et Ragonee quatenus in eorum Ecclesiis in diebus Dominicis et festivis in missarum solemniis denuncient publice excommunicatos ab ipsis D. Ber... Raynaldum de Ragonea et filium eius, nec non Mattheum et Frisachinum fratres filios q(uondam) Marquardi eiusdem loci, qui contra constitutionem Provincialem occupaverunt mansum Petri Molani de Tricesimo situm in Gradisca, et animalia, et res alias ibidem repertas abstulerunt. ...

Rogato Bartholomaeo not. Glemonae.

1290 10 Martii

D.ª Bilotta de Utino uxor militis de Pona vendiderunt in manibus D. Raymundi Patriarchae medietatem unius habitationis in castro Utini, et idem D. Patriarcha investivit eundem D. militem de ea, ac de alia medietate quae fuit D. Lucae de Zompito vel Sandaniel habitatoris cum ejus adjacentibus. Ex Tab-tura Glemonae.

1290 12 Martii.

D. Comes de Goritia cepit D. Vodol-ricum de Mimilano in quadam Ecclesia quae est sub Cormons. Chron. Jul.

1290 5 Aprilis

† Quidam civitatenses decem vel duodecim inceperunt primo se verberare apud Ecclesiam S. Bartholomaei clam. et paulo post multi in Civitate se verberare coeperunt in nocte, Deinde in coeperunt currere et processionaliter verberantes praedicti iverunt Glemonam ad quandam indulgentiam, et verberaverunt per Utinensem Civitatem, Deinde coeperunt se verberare per totum Forumjulium. Mulieres vero in nocte se verberabant. Chron. Jul.

1290 12 Aprilis Romae

Cum monasterium Belliniense vacaret Abbate, Ugo de Bodeno praesumpsit occupare bona Ecclesiae S. Johannis de Tuba ad dictum monasterium spectantia asserens se habere Advocatiam dictae Ecclesiae ac proinde ad se spectare custodiam et defensionem ejusdem. De hoc admonitus Nicolaus quartus Pontifex mandat Episcopo Castellano quatenus auditis hinc inde propositis quod justum fuerit decernat etc.

1290 12 Aprilis

In anno [illegible] cursarii [illegible] Pirani invaserunt et ceperunt Terram et Civitatem Caprulanam subito, et eam despoliaverunt omnibus bonis, et ceperunt Potestatem cum filiis suis, et alios quamplures homines et navibus bonis Terrae oneratis, totam Terram igne concremaverunt. Quibus peractis, moto navigio suo cum multis lignis quae ceperant in Terra antedicta, cum omnibus Aquilegiam dicti venerunt.

1290 [illegible] Maii. in Civitate Austriae

Raymundus Patriarcha dedit Capitulo Aquilejensi marchas octo redditus [illegible] de [illegible] cum mansis,

decimis etc. et hoc pro Terra et villa
Marani praefato Aquilejensi Capitulo
per bonae memoriae D. Raymundum Patriar-
cham olim collata, et pro proventibus
quos Capitulum habet in dicta Terra
et villa, et addidit dicto Capitulo quin-
que mansos in Pavoto, octo in Toi-
vignano, et octo in Ajello. Nico-
laus Not. f.c. m.c.

1290 11 maii in civitate Austriae

Rantulfus de Villalta Decanus Eccle-
siae Aquilejensis constitutus coram D. Ray-
mundo Patriarcha protestatus est quod
super permutatione Terrae Marani nihil
tractari potest nec debet nisi in Capi-
tulo Aquilejensis Ecclesiae cum negotium
istud parvi sit momenti et nunc absi-
desunt Canonici quorum consilio me-
lius et utilius tractari posset et sine
quibus quidquid factum est nullius
esse debet valoris ac momenti. c.c. f.c.

1290 12 maii in Civitate Austriae.

Rantulfus de Villalta Decanus Aquile-
jensis Terram Marani occupaverat et
licet pluries admonitus et requisitus, eam
nihilominus occupatam detinebat. Quare
D. Raymundus Patriarcha excommunicatio-
nis vinculo eum innodatum publice de-
nunciat et locutum de Clavis simul cum ...

eo et omnes qui ei auxilium ac favorem ac consilium prestiterint publice vel occulte, integer moneat ipsum Decanum quod infra octo dies Terram illam restituat et de injuriis sibi illatis plenam impendat satisfactionem; alioquin a perceptione beneficiorum illum suspendat et contra eum ad graviora procedat si in sua malitia perduraverit. Nicolaus not. A.c.u.c.

1290 24 Maii Utini

Raudulfus de Villalta Decanus Aquilejensis pluries admonitus ut secundum quod sue dignitatis requirebat officium se faceret gradatim statutis temporibus ad sacros ordines promoveri, ille autem id facere non curavit, imo potius a- plevit Unde D. Raymundus Patriarcha stricte ei mandat quatenus proxima die sabbati quatuor Temporum ad Ecclesiam S. Wolvici Utinensis venire procuret Subdiaconales Ordines de manibus suis vel Episcopi Tergestini recepturus. Alioquin contra eum quantum de jure potuerit sua exigente contumacia procedet. Nicolaus Not. A.C.U.C.

1290 20 Junii in Castro de Spegnimberg

Philippinus de la Turre Potestas Sacili et nuncius D. Raymundi Patriarche ex una parte, et D. Sybellus de Monte-

regali ex altera taliter inter se concordes fuerunt.

I. D. Patriarcha removeat obsidionem factam castro Montisregalis tali conditione et pacto quod Walterpertoldus filius eiusdem D. Sybilli det et assignet libere omnes fortalicias dicti D. Patriarche, quas habet secum in castro Montisregalis si sunt ibidem in manibus dicti D. Patriarchatus Sacili; si vero ibidem non sunt, eos de cetero non recipiat.

II. Dictus D. Walterpertoldus nullum de hiis qui eum obsederunt in dicto castro propter hoc debeat offendere in rebus aut personis.

III. Item dabit et assignabit in manibus et fortia D. Gerardi de Camino Vexillum et Ungaros quos tenet in Conipa carceratos.

IV. Item satisfaciat, secundum quod sententiatum fuerit per laudum Curie D. Patriarche tam de captione dictorum de Conipa, quam de eo quod vetuit mandatis D. Patriarche, non reddendo captivos nec permittendo nuntios D. Patriarche castrum intrare; ac insuper de offensionibus et tolettis factis tam suis consanguineis quam aliis de Monteregali de omnibus violentiis et iniuriis per eum

cuilibet personae illarum, et de eo quod for-
bannitos praedictos retinuit

Et haec omnia dictus D. Sybellus atten-
dere et observare promisit sub poena quin-
gentarum marcarum et pro eo fideiussor
extitit D. Walterpertoldus de Sprenchenbach.
Nicolaus Not. Aquileiae

1290 28 iunii. In Civitate Austriae

Super additionibus faciendis possessionibus
et redditibus Plebis de Gemona ad Plebem
et Terram Marani sententiatum fuit per
arbitros quod [illegible] dent Capitulo
Aquilejensi viginti duas marchas de
redditibus de mansis Sactaldiorum Agel-
li et Tricesimo[?] ab ipso Capitulo eligen-
dis, computando frumentum, vinum et
aliud bladum secundum aestimationem
factam de redditibus Plebium Gemonae
et Marani, ita quod dictum Capitulum
habeat libera dicta bona cum omni iu-
re, dominio et servitute, computatis
collectis, carradis et aliis quibusvis [illegible]
ribus. Ex Copia etc.

1290 17 iulii. Apud Feltrum.

D. Adalgerius Episcopus Feltrensis
et Bellunensis investit iure feudi D.
Thomasinum et Consortes de Pulcinico
de castro, curia, dominio, comitatu
et iurisdictione de Pulcinico et ejusdem [illegible]

confidentibus et pertinentiis in monte et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
plano. Qui D. Thomasius pro se et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
cautibus suis fidelitatis et vassallagii pro [illegible]
dedit juramentum. Maurandinus Not. [illegible]

1290 14 Septembris Utini

Savardus de Castello Canonicus Aqui-
lejensis absolvitur a D. Raymundo Pa-
triarcha ab omni vinculo excommu-
nicationis quo fuisset irretitus eo quod
publice aut occulte operam dedisset
in occupatione Terrae Marani facta a
Rantulfo de Villalta Decano Aquile-
jensi. Nicolaus Not. ex. [illegible]

1290 9 Octobris Utini

D. Raymundus Patriarcha ab omni
excommunicationis vinculo quod in-
currerat tam occasione occupationis [illegible]
Terrae Marani contra voluntatem D.
Patriarchae et Capituli Aquilejensis, quam
pro eo quod bona et possessiones dicti
Capituli invaserat, D. Rantulfum de
Vallalta Decanum Aquilejensem juxta
formam Ecclesiae, absolvit ac resti-
tuit ad Ecclesiastica Sacramenta. Ni-
colaus Not. [illegible]

1290 30 Novembris.

†. in festo S. Andreae venit primo D.
Asquinus Decanus Aquilejensis cum ex-
ultantibus multis se verberantibus Civitatem:

et statim Civitatenses inceperunt se ad[illegible]

iam verberare; ita quod infra octo dies [illegible]

fuerunt de Civitate se verberantes bene

quinquaginta, et per totum Forumjulium

in Civitatibus, Castris et villis idem fac-

tum est et infra viginti dies initium

hujus verberationis dicitur fuisse Perusii.

Anno predicto fuerunt omnes discor-

diae sedatae, et etiam inter D. Patriarcham

et Comitem Goritiae: et intantum quod [illegible]

innocentes et inculpabiles cum nocentibus

et culpabilibus poenitentiam postulabant:

et tam in nocte quam in die per Ec-

clesias circumeuntes, et per Terras, qui-

dam velatis capitibus ne cognoscerentur

tur, dorso et spatulis usque ad cin-

gulum discoopertis, ubi se affligebant [illegible]

verberando ad effusionem sanguinis; qui- [illegible]

dam vero in stratis tantum, flen-

tes et Dominum deprecantes, incedebant;

mulieres se in ceperunt in Ecclesiis cam- [illegible]

mirantes idem faciebant, et quaedam oc-

culte in domibus suis. Chron. Iul.

1290 21 Decembris Aquileja

Magister Paulus procurator D. Iacobi Ab-

batis Monasterii S. Firmi majoris Vero-

nensis electi in Episcopum Veronensem

et Capituli et cleri Civitatis et Diocesis

verum petiit humiliter a D. Raymundo
Patriarcha ut cum dies tertia fuerit
terminus electionis per eum facte et re-
ma comparuerit ut objectaret aliquid con-
tra personas electi aut eligentium, aut
contra formam electionis, electionem pre-
dictam dignaretur misericorditer confir-
mare. Super quibus dictus D. Patriarcha res-
pondit quod audivit diligenter petitio-
nem hujusmodi et super ea deliberabit
facere quid fuerit faciendum. Vica-
levi vol. A. c. 4 c.

1291 8. januarii. Ante portam castri de Ciampalgo

D. Leonardus de Legio refutat Vendramino ...
Vintam de Murusio, et dat omne jus quod
habebat super eam D. Ulvino de Vendojo ...
qui eam dederat ei in feudum, et dic-
tus Ulvinus reddidit ipsam Vintam D. ...
Bel mano de Vendojo, a quo habuerat
eam in feudum. Ipse vero D. Belmanus ...
pro remedio anime sue et parentum suo-
rum ipsam D. Vintam et ejus heredes ...
et eam absolvit ac liberam dimisit.
Ex vibisco vol. A. c. 4 c.

1291 14 januarii in Civitate Austrie.

D. Raymundus Patriarcha investit notarium
... de Pasna Eavertam cum decimis
de Atems a proxima festo S. Georgii ad
unum annum. Cum D. Milanus stetit ...

a Prohlavelz pro laoovantiis triginta duas
marchas denariorum. Franciscus not. A.M.u.o

1291 29 ian. in civitate Austrie.

Investitura Dyonisii Mannoni famil.
Clavis D. Patriarche de una manca in
Svarzone altri et tavelle cinquarum iure
feudi ministeri serviendi cum duobus
equis et colendi decimam et collec.
tam. Franciscus not. A.M.u.o.

1291 7 Februarii in Civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha investit D. Fede
ricum de Hirsivich de iuribus suis, pro
ipsius illi sub debito prestiti iuramenti
quod lana que habet a domo Aquilegensi
infra quatuor septimanas eidem in pignoris
dare debeat. Franciscus not. A.M.u.o.

1291 13 martii

D. Philippus Prepositus S. Stephani, Petrus D
et Constantinus fratres et Carisomanus eorum
nepos de Savorgnano pro se et eorum
fautoribus et amicis ex una parte, et
D. Henricus de Prampergo et Simon de
Cucavea pro se et eorum coadiutoribus
et servitoribus ex altera, compromittunt
se in D. Gerardum de Camino, datis hinc
inde fideiussoribus ut fiat pax et ut
provincia Foriiulii consequatur pacificum
statum et quatenus finis incendiis et
malefactoribus. Bellonus.

1291 III Martii Utini

R. Raymundus Patriarcha dedit, atque cum quoddam capucio jure livelli perpetualis et recti canonis Aquilejensis investivit Ricardo Bartolomeo de Utino et Albertino Cechario qui fuit de Maddalena unum petium terre situm in burgo Utini juxta portam que itur Glemonam infra murum mercati de Utino et terram Federici Andreotti de castro Utini ad faciendum et construendum macella seu becarias pro carnibus in ipso loco vendendis. Que petia terre est ampla in frontaria de quinque passibus communis, et longa de passibus sex et uno brachio. Pro quibus solvere debeant annis singulis quinque marchas denariorum. ~~[illegible]~~. ~~[illegible]~~ tali pacto et conditione quod nec ipse R. Patriarcha nec sui successores possint de cetero nec valeant alibi permittere quod infra fossata ville de Utino macella seu becharias aliquo tempore construatur. Tunc [illegible]

1291 18 Aprilis Utini

R. Raymundus Patriarcha investivit R. Vincenzonium de la Torre de Castaldia sive garito Mauroni a proximo festo

S. Georgii ad unum annum. Qui juravit dictum officium fideliter exercere et solvere pro honorantiis duodecim marchas denariorum

Similiter eodem loco et modo investivit D. Guidonem q.m D. Manfredi de la Turre de Gastaldia Carnee et Potestaria Sacili. Franciscus not. R. ms. o

Item investivit D. Martinum de la Turre de Gastaldia de Sorphemberch qui stetit dare pro honorantiis marchas denariorum quadraginta idem

1291 14 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha investivit Romanino nepoti suo Capitaneatum de Glemona a proximo festo S. Georgii ad unum annum

Item investivit eidem Romanino nepoti suo Gastaldiam de S. Daniele usque ad supradictum terminum et pro honorantiis dare stetit marchas denariorum decem. Franciscus not. R. ms. U. d.

1291 21 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha investivit D. Engelberto de la Turre officium Gastaldie Utini a festo S. Georgii ad unum annum, excepto homicidio. Qui juravit dictum officium fideliter exercere et pro honorantiis dare marchas denariorum quinquaginta. Franc.

1291 25 Aprilis in Sorfumbarch

D. Raymundus Patriarcha investi-
vit Gastaldiam, sive Savillum Gastaldiæ
Civitatensis Martino Brugni, qui
dare statuit pro honorantiis marchas
quinquaginta quinque. Franc. A. m. o. o.

1291 26 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha dedit et
investivit Paquo et Leopoldo Patavo-
stav de Civitate Austriæ mutam, sen
vationem mutæ de Civitate a præte-
rito festo S. Georgii usque ad duos
annos expletos pro octuaginta mar-
chis denariorum Franc. A. m. o. o.

1291 27 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha investivit
Petro Brugni a præterito festo S. Geor-
gii ad unum annum Advocatiam
seu jus Advocatiæ Civitatis, qui
juravit etc. et statuit dare pro honoran-
tiis marchas sexdecim. Franc. A. m. o. o.

1291 28 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha investivit
Savillum Gastaldiæ de Ajello a præteri-
to festo S. Georgii ad unum annum
Guidotto de Cavalcante, qui juravit
ut supra, et dare statuit pro honoran-
tiis marchas viginti quatuor Franciscus
notar. A. m. o. o.

1291 17 Maii.

I. Saraceni manu potenti ceperunt Accon

Terram Acri, et ipsam Terram, et alias

Terras vicinas prostraverunt. Chron. Ital.

1291 27 junii Tergesti

D. Henricus Comes Goritie et Potestas

Tergesti confessus fuit tempore obsidio-

nis Romandie communae Tergesti recepis-

se a massariis D. Albati Baldelancti in

prima impositione bladi starios frumenti

centum et tres ad mensuram Utini, et

in secunda impositione starios mille cen-

tum et triginta quatuor. Zufredus Not. C.A.C.

1291 28 junii. in Castello Ruchile

D. Albertus Comes Goritie ad petitio-

nem D. Bernardi Vicecomi Castellane ejus

carissimi amici confert Marino et Blaz-

co, qui residiat in mansibus dicti D.

Vicecomi, et eorum heredibus gratiam pas-

cuandi cum animalibus eorum in

monte Colm prope aquam Vulciam, dan-

do annis singulis duos lanas caseos ipsi

D. Comiti, et unum Officiali suo cum

venerit ad illas partes loco sui. A.C.C.

1291 6 julii Utini

Investitura facta Johanni Radif de

usuo de uno molendino sito in roja

de Utino et de duobus campis sitis juxta

ipsum molendinum, et Rojam in loco

dicto Molta, quod molendinum et campi erant bona feudalia, solvendo annuatim duas libras piperis. Franc. A.m.a.c.

1291

4 ? Raymundus Patriarcha transmutavit festum S. Margarite quod erat in festo S. Hermacore, in octava ipsius S. Hermacore; et ita ordinavit per totum Forumjulium celebrari. Chron. Pal.

1291 25 Julii. in civitate Austrie,

Cum per D. Raymundum Patriarcham commissum fuisset D. Bernardo Decano Civitatensi ut requireret que fuerint jura ad Advocatum dicte Civitatis spectantia, ipse interrogatis pluribus qui pro tempore dictum Officium ibidem exercuerant hec ad Patriarcham retulit.

1 Advocatus habet potestatem requirendi et judicandi causas que ad mercationem et ad debita spectant,

In causis vero que vertuntur super violentiis, furtis et aliis similibus, Gastaldio de Civitate habet facere rationem ~~salvo~~ ita tamen quod si violentia commissa fuisset in circulo fori tunc de pena quam propter hoc Gastaldio reciperet, Advocatus habere debet octo denarios.

II. Advocatus tenet rationem civitatis sibus diebus Lune, et Veneris, et de festivitatibus quandocumque et quotienscumque que fuerit opportunum

III. Homines de Terra Civitatis habent potestatem mutandi, corrigendi, detrahendi et renovandi ordinamenta quandocumque et quotienscumque voluerint et Advocatus tenetur in omnibus et singulis ea observare

IV. Advocatus assumptis secum duobus Iudicibus et aliis bonis viris de Terra de voluntate Communis accipiat unum aut plures starios frumenti, faciat illud molere et burattare et facto pane de predicto secundum valorem frumenti det pro suo labore panicoculis, seu fornariis panem ad undecimum; remolum et alium que proveniunt ex dicto frumento, et si panicoculus secundum dictum modum non faciat panem aut fecerit minorem, Advocatus potest accipere suam rationem divisione pane dicto panicoculo, quod si panis esset enormiter malus aut minus pavone, Advocatus accepto suo [illegible] potest panem repertum in stacculo sive super tabulam et non alium, prodicere in viam, et a vecidloo, habito sententia suorum iudi-

...um, potest aliud forum inhibere.

V. Si quis citatus coram eo ad judicium comparere neglexerit, Advocatus per sententiam judicum potest ei inhibere forum, nec cum eo concordabitur nisi prius illi coram quo fuerit causa conquerente, et tunc solvat Advocato sexdecim denarios.

VI Si est aliqua res illi cui forum est inhibitum quam extra stationem aut domum suam tenet ad vendendum, Advocatus potest eam sibi accipere.

VII. Si forum est inhibitum tabernario et vinum quod vendit est suum, Advocatus potest sibi accipere urnam de vase de quo vendit

IX Tabernarius qui falsaverit mensuras vadium octo denariorum solvat Advocato qui accipiet baciam, faciet eam aptari et dabit eam tabernario ut si vinum vult vendere vendat cum ea.

X Si aliqua contentio oritur in foro pro re aliqua empta aut vendita potest Advocatus illico se intromittere, et auditis partibus facere rationem.

XI Pro debito facto extra Civitatem non potest Advocatus cognoscere et de bonis forensium ut ad incantum vendantur nullatenus se intromittat.

XII Advocatus de foro nihil debet aut
potest accipere de piscibus, cepa, fruc-
tibus et aliis que in foro venduntur.
in festo autem beate marie de monte
debet habere cepa valentia quatuor de-
narios de [illegible] V. Pabtanche.

XIII. Pro quolibet disco macelli in die [illegible]
to festo debet habere sepum quod va-
leat duos denarios, de quo quolibet
[illegible] iudicum et Preco debent ha-
bere unum talum. in festo autem
Purificationis S. marie Advocatus pro
quolibet disco macelli Civitatis debet
habere pro una vacca quatuor dena-
rios de quibus omnibus judices de-
bent habere quartam partem

XIV Commune civitatis dabit Advocato
quatuor iudices qui debent habere quar-
tam vadium que per sententiam ipsorum
Advocato datur ad suo officio judicatur,
Preco vero debet habere decimam va-
diam.

XV. Pro quolibet lucia que per eum bal-
latur habet Advocatus unum dena-
rium.

XVI Advocatus tenetur buttare omnes
mensuras et ideo quolibet Salarius de-
bet ei dare unum denarium; et quoli-
bet anno cum aptantur et bullantur

mensure, communis ille qui eas tenet de-
bet dare unum prandium Advocato, Iu-
dicibus et Preconi

XVII. Tempore Quadragesimę quilibet sta-
tionarius qui vendit oleum ad minuto
dare debet Advocato unam libram olei,
de quo Advocatus tenetur dare unam
libram cuilibet Iudici et Preconi suo.

XVIII. In festo S. Marię de monte Advocatus
debet habere de qualibet statione forensi-
um que solent fieri in burgo predicto unum
denarium. Quod si forensis tenuerit sua
mercimonia ad vendendum apud for-
um Civitatis aut alibi, nihil solvat
nec Gastaldioni nec Advocato.

XIX. Ille cui inhibitum est forum ca-
tivum ac Advocatus mutatur ab inhi-
bitione huiusmodi est absolutus.

XX. Si quis revelaverit aliquid de iu-
ribus Advocati tenetur solvere quinqua-
ginta denarios Gastaldioni et ante Ad-
vocato. Antonius notarius ex Cod. Belgradi ...
291 16 Septembris ...

Audita Annunciata coram ipso et
coram D. Henrico illustri Comite Goritię
et aliis Nobilibus Consiliariis suis facta
per nobiles et discretos viros Dominos Ge-
rardum de Vitaldono, Ludovicum Lin-
gua de Vacha, Bartholomeum de Vena-

viri et Nicolaum de Strepadis Ambaxatores Communis Padue, D. Raymundus Patriarcha respondit quod sibi placebat quod predicti Ambaxatores tractarent pacem et concordiam inter ipsum et ejus fautores et subditos ex una parte, et D. Ducem et Commune Venetiarum et omnes fautores et subditos ex altera, et quod haberent plenam et liberam potestatem tractandi seu operam dandi ut dicta pax perficiatur et bonum sortiatur effectum; et hoc secundum formam Reformationis Consilii Communis Padue. Ex Valbon. C.f. 6.

1291, 27 Septembris in Civitate Austrie

Cum D. Patriarcha Raymundus fecisset pignorari certos homines de Civitate occasione quarundam penarum in quibus ut ipse dicebat Commune Civitatis inciderat pro eo quod certos pedites apud Utinum non habuerat per precedentem mensem Septembris, dicentibus ex adverso hominibus de Civitate quod tam milites quam pedites prout eis mandatum fuit apud dictum locum fuerant. Henricus de Portis Gastaldio Camerarius D. Patriarche integre pro dicto Communi solvere atque dare penas in quibus dictum Commune inciderat si legittime

contra poterit statim Commune Utini
incurrisse in penas predictas, et ad tene-
ndum eas solvere Antonius Nob. c.c.t.c.

1291 2. Octobris Utini.

Attendens grata fidei et devotionis obsequia que Utinenses communiter et divisim D. Patriarche et Ecclesie Aquilejensi impenderunt: consideransque quod pro multis variis intolerabilibus oneribus expensarum quas propter guerrarum discrimina hactenus sustinuit Terra ipsa Utini irrecuperabiliter de facili posset deficere nisi diligens remedium apponeretur. D. Raymundus Patriarcha hominibus, consilio et Communi Terre Utini quod specialis ipsius D. Patriarche favoris benevolentiam obtinent, concessit perpetuo et promisit ut Datia de pane, vino, carnibus, caseo et oleo ac omnibus mercimoniis super quibus ipsis eadem datia videbuntur imponenda tam in Terra, et loco et mercato quam in burgis et suburbiis de Utino imponere et exigere possint libere pro eorum libito voluntatis. Ita quod cum providentia Consilii Terre predicte pecunia que a dictis datiis exigi contigerit ad laborerium in utilitatem munitionis ac in augmentum

necessitatem hominum ac Terre Utini
converti debeat ac expendi. Super qui-
bus talibus idem Patriarcha vel quilibet ejus
Officiales nullo modo se intromittat, sal-
vo quod in presentia Gastaldionis Utinen-
sis qui pro tempore fuerit de dena-
riis dictorum Operum ratio annua-
tim fieri debeat. Franciscus Not. A.M.U.O.

1291 8 Novembris

Muta, seu integrum mute Utini
conceditur per Procuratorem D. Patriarche,
et ejus nomine Pagno de Florentia
a proximo festo S. Martini ad duos an-
nos expletos pretio centum et decem
marcharum. Franciscus Not. A.M.U.O.

1291 11 Novembris.

In festo B. Martini preconstrata
fuit pax in Civitate Austria inter D.
Patriarcham et Forojulienses ex parte
una, et Venetos ex parte altera, et
per totum Forumjulium sub certis pac-
tis et articulis. Videlicet, quod ipsi
Veneti sine aliquo tenore dimitterent
Castrum de Mugla et Burgum et Ca-
strum de Muquen, et omnia loca que
occupaverunt sive ceperant post incep-
tionem werre predicte. Alia vero loca
que prius ceperant debeant servare

rendi usque ad sententiam, sive difi-
nitionem D. Papae et omnes incarce-
rati ex utraque parte dimissi fuerunt,
et omnes partes fuerunt expeditae iuxta

1291 21 Novembris ultimi.

D. Raymundus Patriarcha fuit con-
fessus et contentus se a Dominis Lippo
de Capponibus et Pagno de Florentia
et sociis eorum audivisse et rationem
plenariam recepisse de omnibus dena-
riis per ipsos et eorum socios receptis
ab universis et singulis Gastaldionibus,
ministris et officialibus ejusdem D. Pa-
triarchae, et a quacumque alio homine
et persona; nec non de omnibus dena-
riis nomine D. Patriarchae per ipsos datis
et expensis usque ad diem praesentem.
Et quod audito, facta et recepta hujus-
modi ratione ipse D. Patriarcha rema-
neat dare dictis Dominis Lippo, Pagno
et sociis marchas denariorum Aquile-
jensis monetae quingentas, excepto se-
to, et denarios septuaginta novem.
Franciscus Not. A.M.U.O.

1292. in Vetera Archiv.

Duo Canonici pro parte Capituli Civi-
tatensis, et sex Consiliarii pro parte Com-
munis simul cum D. Leonardo Advo-
cato et ejus judicibus, ad honorem D. Pa-

triarche et commodum totius Terre Civitatensis[3] auctoritate sibi a Capitulo, Consilio et Commune concessa excogitant, ordinant seu colligunt ordinamenta in quadraginta capitulis diversa in quibus statuitur quidquid observandum erit in venditione carnium cuiuscumque generis et piscium, et panis et casei etc. et indicatur interdum pretium, mensura, locus et etiam pena a contrafacientibus solvenda. A.M.C.O

1292 20 ianuarii Aquileje.

Raymundus Patriarcha absolvit solum ab excommunicatione in quam incurrerant celebrando divina officia in Buleis et aliis locis Istrie contra Constitutionem ipsius D. Patriarche, Zanutum electum Archidiaconum Ecclesie Iustinopolitane, Conradum Sacristam et Warnerum canonicum et hoc sub conditione quod dare et assignare debeant Canonicis Iustinopolitanis eorum confratribus qui non steterunt in Iustinopoli durante guerra quam ipse D. Patriarcha habuit cum D. Duce et Commune Venetiarum, totum illud quod eis cessit in partem de redditibus proventibus et fructibus prebendarum ipsorum, et quod ab hinc in antea debeant integras prebendas eis ministrare sicut Canonicis dicte Ecclesie. Albertus Vols c.f.c.

1292 21 Januarii Aquilejae.

De bonis Petri Ocvalti de Caviza que per sententiam fuerunt D. Patriarche judicata eo quod idem Petrus inter alia ejus malefacta more proditoris capi fecerat Aquinum et Virgilium filios q. Ropelini de Caviza, item D. Patriarcha investit D. Gulielmum q.m D. Gotofredi de la Turre Potestatem Sacili, scilicet de uno manso sito supra montem post Castrum Caviza, et de uno casale sito in dicto Castro. Valterus Not. c. 7.0

1292 23 Januarii Aquilejae.

Raymundus Patriarcha confirmat privilegia tam per Patriarchas ejus Praedecessores quam per Episcopos Veronenses concessa Archipresbitero et Capitulo Ecclesiae Veronensis, scilicet quod ipsi sint liberi sub jure, dominio, regimine ac jurisdictione Aquilejensis Patriarchae, ita ut nullus Episcopus Veronensis aliquam libertatem vel molestiam aut injuriam tam in officio quam in beneficio et aliis eorum rebus eis inferre possit. Nicolaus not. Capitulli

1292 26 Februarii in Civitate Austriae.

D. Asquinus de Varmo tres mansos cum uno molendino quos jure proprii habebat in villa de Varmo, et

quinque mansos cum uno molendino sitos in villa de Treivars quos habebat ad rectum et legale feudum ab Ecclesia Aquilejensi cum quodam pileo in manibus D. Patriarche resignavit, ut bona feudalia de Bersvars darent sibi ut propria, et bona propria de Garme quasi nomine concambii et permutationis darent sibi ut feudalia. Qui D. Patriarcha hujusmodi resignatione recepta ipsum D. Asquinum tamquam benemeritum Ecclesie Aquilejensis juxta ejus petitionem de predictis bonis de Warme jure recti et legalis feudi cum eodem pileo manu propria investivit. Ex Valtera. C.T.O

1292 26 Februarii. in civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha considerans servitia sibi facta et Ecclesie Aquilejensi per D. Comoretum de Kirspech, de decem mansis sitis in villa de Rachstaich quos antea habuerat in feudum D. Gerardus de Weispech, et eos sponte refutaverat, eundem D. Comoretum jure recti et legalis feudi cum quodam capucio investivit. Franciscus Not. A.M. [illegible]

1292 6 Martii in Civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha cum quodam capucio investivit ad rectam habitantiam

Marcellum Spalaviensem et Raynaldum
nepotem filiorum, de medietate de medietate
unius mansi in loco qui dicitur herba
secca, et de alia medietate unius mansi
in busco ultra fovaltam, nec non de una
sedimine domorum sito in castro Me-
dune. Franciscus Not. A.M.C.O.

1292 7 marzii

Raymundus Patriarcha concedit ho-
minibus de mercato Utinensi buscan-
di in valdo sito ultra Tolmentum in-
ter Medunam et S. Ulrum in quo val-
do solent buscare homines de Sedegiano.
Odolricus Not. Bellonus.

1292 12 marzii. in Civitate Austrie,

In presentia D. Simonis Episcopi Emo-
nensis et aliorum D. Raymundus Patriar-
cha investit Vincentium de la Turre
de uno manso sito in Marcelgiana no-
va et cum tenebat usque ad bene
placitum ejusdem D. Patriarche nihil sol-
vendo alicui. Franciscus. A.M.C.O

1292 13 marzii Venzoni

D. Conradus Vicarius de Glemona
nomine et loco D. Patriarche mandat
Michaeli et Sacerdotibus de Venzone
ne amplius aliqua divina officia fa-
cere presumant in Venzono, excepto
baptismate parvulorum et confessione in
extremis. A

1292 13 Aprilis Utini Examinata diligenter electionis D. Albertis Prioris monasterii Rosacensis in Abbatem [illegible] monasterii ob mortem Johanni quondam Abbatis dicti monasterii ibidem celebrata, D. Raymundus Patriarcha [illegible] electionem canonice factam et de persona idonea, electionem ipsam confirmavit dictum D. Albertum cum quodam anulo manu propria investivit.

1292 · 9 maii

Gratia facta Nobilibus de Attalla edificandi domum suam super muta Cavoriaci altam decem passibus, et murum amplum et grossum de uno passu comunis. Franc. Bellonus.

1292 19 maii

Investitura Acquini de Raya et Lanfranchi eius filii de certa terra vacua sita sub castro Raye que tenetur cum Regia D. Patriarche et olim fuit dicti Acquini de feudo habitantie. ex Lupico Bellonus.

1292 20 maii Utini

Iuxta petitionem factam per homines Utini D. Raymundus Patriarcha revocat Statuta omnia facta super quibuscumque bannis et culpis in Terra Utini reducendo eos ad statum quo sunt ceteri Forojulienses videlicet ad laudum et sententiam Curie D. Patriarche, Franciscus Not. A M. U. O.

1292 26 maii Utini

D. Gisla uxor D. Conradi de Sacilo noctis tempore et de die multos homines armatos fecit ad se venire et ipsos ibidem tenuit, qui lapides proicerent contra familiam D. Guidonis de la Turre Potestatis Sa

tili et nepotis D. Raymundi Patriarche,
contra tenorem ipsius D. Patriarche et [illegible]
ejus ecclesie; ipseque Conradus postquam hec scivit venit apud Sacilum et requisitus per ipsum D. Potestatem ut predictos homines armatos licentiare deberet, hoc facere neglexit dicendo quod sibi displicebat quod plures non habebat et faciendo nihilominus postmodum fieri spinata et batalfreda apud Fossatum pontis per quem iter ad ejus [illegible]. Pro quibus offensionibus et excessibus dictus D. Conradus vocatus in judicium juravit stare mandatis D. Patriarche, qui auditis ejus excusationibus et responsionibus, precepit quod de consilio majoris partis Dominorum Ulderici de Castello, Odorici de Villalta, Francisci de Fontebono, Federici de Varmo, Johannis de Zuccola, et Petri de Castro Utini, ipse D. Conradus, valeat, possit, et debeat puniri. Ex Vat. tom. c.X.o.

1292 24 Maii Glemone

Prior Hospitalis S. Spiritus de collibus Glemone constituit D. Rathum vicarium de Tricesimo perpetualiter in Capellanum dicti Hospitalis. ita quod quandocumque

interest eundo et redeundo eidem tam-
quam uni ex fratribus et eorum Capella-
no providere teneantur corporis necessa-
ria atque ex existente eiusdem in dicto
Hospitali in victu et vestitu. Insuper tam
bona eius quam ipsum accepit in
protectionem S. Spiritus, suam, et dicti
Hospitalis. Marinus Not. A.c.u.c.

1292 31 maii Utini

F. Raymundus Patriarcha investit ad fic-
tum Aquilejensem F. Peppum de Palla
filium F. Alberti de Mediolano notarium
de tribus mansis et uno Ronco sitis in
villa et territorio S. Pauli solvendo an-
nuatim pro quolibet manso duos starios
frumenti, duos milei et quatuor avene
ad mensuram Tarvisii et duos congios ol-
ei, unum currum feni, duas gallinas
et decimam de rebus omnibus supervenien-
tibus. Et insuper pro collecta, carratico
et aliis angariis solidos parvorum undecim
pro quolibet manso. Et pro rebus decem
novem grossos et medium Franc. A.m.a.c.

1292 9 junii Utini

F. Raymundus Patriarcha considerans
servitia per Conradinum F. Cacharii de
Mediolano ac per suos antecessores sibi
et Aquilejensi Ecclesie facta investit eum
iure habitantie cuiusdam Utini de una do-

na sita in dicto castro, de una terra,
ta duodecim camporum in longo in
ferioni uthini, et de pratis ad quinque
sectores fenis qui fecerunt revodere et
alii dicti castri habitatores franc. h.m. uis
1292 ca iandi Glemona

Iohannes Preco de Glemona de
mandato D. Patriarche, ac ejus aucto
ritate vocavit in bannum et contra
gratiam D. Patriarche, et alta voce for
bannivit de Glemona et ejus districtu
in personis et rebus

Bisquinum notarium et Stepha
num ejus fratrem:
Macolinum et franciscum fra
tres de Staulis
Raynerium juniorem et Henri
cum ejus filium de Staulis.
Iacomellum et Raynerium fratres
nepotes q.m Parisutti.
Cavisinum filium Articu Ba
rufaldini
Fortunessium filium Martini.
Matthiussium dictum Fusserium
filium Nicolai de Albeneto
Cavisinum filium q.m D. Ste
fani de Staulis:
pro eo quod vulneraverunt D.
Lamandinum de la Turre Capitane

neum Clemone, et nepotem dicti D. Pa-
triarche et Blanchinum, Franciscum
et Pertinum Cafatorricum familiares
ipsius D. Patriarche auxilio, consilio,
favore facto et opere dicto Iacobo abse-
nte in comprehendendo : Ita quod nulli ho-
mini seu persone liceat nec possit
nec debeat de cetero predictis Zanlan
nihil nec alicui ipsorum dare publice
vel occulte aliquod sostentamentum
auxilium consilium et favorem per
se nec per interpositam personam.
Quod si aliquis contra huiusmodi man-
datum venerit fiat de ipso tam de
persona quam in bonis quod de pre-
dictis malefactoribus fieri debet. Vol.
terme Vol. I f. o

1292 10 Iunii

De mandato D. Patriarche termi-
nus ultimus proclamationis banni pro-
rogatur usque ad octo dies, et simi-
liter prorogatur ad octo dies terminus
dividendi bonorum patrum forbannito-
rum de Clemona

Mari usque ad fundamenta di-
ruantur et lapides et lignamina do-
morum portentur in castrum.

Secentur prata et mutantur Cla-
da

inquiratur qui fuerunt illi qui in platea apparuerunt armati et stabant apud portas et postea inquiratur qui fuerunt illi de cuius consilio hoc factum fuit et examinentur diligenter per se quilibet.

Inquirantur bona malefactorum ubicumque sint et accipiantur, et similiter inquiratur qui arrestaverunt se de Glemona occasione dicte rixe. Datum etc.

1292 16 Junii Venzoni.

D. Guicemanus Plebanus Buye, ex parte D. Patriarche, rogavit Gastaldionum Consilium et Commune Venzoni ut illos mercatores Archiepiscopatus Salzeburgenses quos in strata publica D. Patriarche ceperunt de personis relaxare deberent. Cui Gastaldio respondit quod ipse eos ceperat et sustinuerat de personis pro eo quod homines dicti Archiepiscopatus Salzeburgensis quendam suum cognatum ceperant de persona, sed eos statim relaxaverit quando scivit quod treuga esset inter D. Ducem Karinthie et predictum D. Archiepiscopum Salzeburgensem.

Tunc Raynerotus de voluntate et consensu Consilii et Communis Venzoni ac de mandato D. Comitis Gorithie prece-

,ut Sarcalldani predicto ut statim dic_
tos mercatores carceratos sub attentu
gratie dicti D. Comitis libere relaxaret.
Valtero vol. c. 7. a

1292 10 junii Venzoni

D. Guicemanus Plebanus Burge roga_
vit Sarcalddanum camerarium, Consilium
et Commune Venzoni ex parte D. Pa_
triarche, quod cum quidam sui forban_
niti de Glemona qui D. Flamannum de
la Turre Capitaneum Glemone nepotem
suum ac familiam ipsius Capitaneie ...
graviter vulneraverunt, ... bona ip_
sorum sciverit esse apud Venzonum et
sint ibi, quod dictos malefactores D. He_
rico de la Turre, qui Glemone est loco
sui assignare deberent cum omnibus bo_
nis ipsorum que haberent ibi, et si ipsos
et bona ipsorum dicto D. Herico con_
signare nolent, ipsos caperent de per_
sona et detinerent captivos, et bona
ipsorum intromitterent et custodirent que_
usque D. Patriarcha aliud super predictis
duxerit ordinandum. Que predicta om_
nia si non facerent ipse D. Patriarcha
satisfaceret sibi super omnibus supra_
dictis. Qui Sarcaldio et Camerarius prae
et Consilio et Communi Venzoni respon_
derunt quod ipsi in his, et aliis omnibus.

D. Patriarche, intenderent et libenter com-
placerent, sed nullus de Glemona et
specialiter de predictis malefactoribus
nec eorum bona ipsis scientibus erant
in Venzono.

Tunc Gastaldio et Camerarius ex
parte D. Comitis Goritie et sub obtentu
sue gratie, preceperunt Consilio et Com-
muni ibidem astantibus quatenus omnia
bona que aliquis ipsorum haberent
dictorum malefactorum de Glemona
ipsi Gastaldioni deberent assignare quo-
usque dictus D. Comes quidquid volue-
rit super ipsis bonis duxerit ordinan-
dum. Ex Valtero. c.f.o.

1292 10 junii

Raymundus Patriarcha investit ma-
gistrum Rewdel dictum Hayluer
de Rotemla et Wazango de Vilacho
et eorum socios de omnibus veneis
argenti, plumbi et cujuslibet alte-
rius metalli et azzurri quas alicui
non dedisset et que reperiantur in
Garto et ejus circuitu per decem
milliaria tali pacto habito inter eos.

1. Predicti magistri et eorum socii ...
teneantur operari dictas venas pro-
priis ipsorum sumptibus et expensis
et dare Patriarche solummodo decimam

num argenti quam plumbi, et cujuscumque libet alterius metalli et azzurri statim ac extrahantur de venis.

II. D. Patriarcha concedit eisdem quod possint facere construi domos, tegetes, furnos, molendina et secas in terris et aquis dicti D. Patriarche sitis in territorio Sauli et ejus districtu per decem milliaria; et quod possint sine impedimento incidere in ejus silvis et nemoribus arbores ad faciendum domos, tegetes, molendina, carbones et alia sibi necessaria ubicumque eis fuerit opportunum in contrata predicta.

III. Concedit etiam quod possint pascular-i et pasci eorum animalia in pascuis et bonis Sauli et ejus districtu per decem milliaria et quod omnes qui iverint ad dictas venas aut venerint ab eisdem sint affidati in rebus et personis non obstantibus capitalibus criminibus aut debitis cum aliquibus contractis; per annum et diem, salvo si ex illis aliquis reperiretur qui latro publicus fuisset aut homicida.

IV. Si aliquis ex illis qui laboraverint in dictis venis interfecerit aliquam personam teneatur se concordare cum parentibus persone interfecte et solvere

Domino triginta marcas denariorum et nulla sibi in persona aut rebus alia lesio de cetero inferatur.

V. Si personam aliquam mutilaverit, sive membrum alicui amputaverit, aut aliquem dederit aut verberaverit sine magna causa solvat Domino pro quolibet membro amputato quinque marcas denariorum, et pro alapis et verberatione sexaginta soldos Veronensium parvorum.

VI Quicumque ipsorum alium capillaverit, minas cunque pertraxerit de persona, aut gladium aut cultellum evaginaverit, solvat Domino similiter quinque soldos Veronensium, et acquirat gratiam offensi et amicorum ejus

VII. Quicumque eorum eis per Dominum preceptum fuerit ut pro ejus debito coram eo comparere deberet et non comparuerit solvat duodecim soldos Veronensium.

VIII De argento, plumbo et aliis metallis et azurro partem ad nos contingentem dicti magistri deferant quocumque voluerint sine aliqua contradictione, sine aliqua muta aut pedagio.

IX Pro pane, vino, grano, et aliis ad ipsorum usum necessariis, mutam

aliquam aut pedagium nullatenus sol-
vant. Albertus, notar. C.F.A.

292 11 iunii Glemone

Iohannes dictus Simonus preco Gle-
mone voce preconia super lapidem
sextarii in foro Glemone et per ter-
ram publice proclamavit ex parte
D. Raymundi Patriarche quod nulla
persona audeat accipere aliqua ligna-
mina aut lapides aut alias res quas-
cumque de domibus fractis aut di-
rutis, seu de vineis et arboribus
abscisis et sectis, aut de pratis et
campis malefactorum qui injecerunt
manus in D. Flamanginum de la Turre
Capitaneum Glemone et familiam su-
am sub pena persone et banni
ad voluntatem D. Patriarche.

Insuper ex parte ipsius D. Patriarche
proclamavit quod omnes qui habent
bona dictorum malefactorum in ser-
vatione aut in deposito, aut alio quo-
vis modo data, debeant hodie pre-
sentare et declarare D. Naveco de la
Turre sub pena dupli ex valore C.F.A.

1292 13 iunii, Glemone

Cum D. Navarus de la Turre capi
faceret Raynerium filium Iacobi Bar-
toldi de Glemona pro eo quod inter-

fuerat ubi D. Alemanus de la Turre
Capitaneus Glemone, filius suus et ejus
familia vulnerati fuerunt, illico Stepha-
nus et Franciscus Ulrich fratres, Berna-
dus Batal et alii ipsum Raynerium per
manum extra acceperunt promittentes
sub pena ducentarum librarum ipsum
consignare et dare dicto D. Heroeo quan-
documque per ipsum fuerint requisiti.
ex Wallero c 7 c

1292 15 Iunii Glemone.

D. Hereus de la Turre coram Con-
silio et Communi Glemone in Eccle-
sia S. Marie congregato pro parte
Raymundi Patriarche, precepit di-
ctum sub pena mille marcharum Aqui-
lejensis monete quod eligerent inter
se quotquot vellent qui de bonis for-
bannitorum qui habent patres, fratres,
et sorores aut alios propinquos a qui-
bus numquam divisi nocumenter di-
cant et sequestrent partem jure here-
ditario ad dictos malefactores contin-
gentem, et efficacem operam prestent
quod de ipsa fiat quod Incemptum
sit fieri de bonis quorumdam alio-
rum forbannitorum

Imposuit inde eidem ex parte pre-
dicti D. Patriarche, sub pena centum marc-

charum Aquilejensis monete pro qualibet
ipsorum qui contra infrascripta venire
presumerent quod nullus ipsorum audeat
a proxima quarta die venturo in an-
tea tenere in domo sua nec alibi
in Glemona et ejus districtu predicta-
rum forbannitorum, aut alicujus ipso-
rum uxores, filios, filias aut aliquem
de ipsorum familie Ex Vattovo c. T. a.

1292 15 iunii Glemone.

Iohannes Preco de Glemona ex parte
D. Raymondi Patriarche, precepit et alta
voce preconia proclamavit quod usque ad
proximas quatuor dies omnes uxores, filii
et filie forbannitorum de Glemona et
eorum familie Glemonam exeant et de
ejus districtu, et quod nullus ipsos in
Glemona et ipsius districtu teneat sub pe-
na centum marcharum denariorum
Aquilejensium. et si elapsis dictis qua-
tuor diebus ipsi aut aliquis ipsorum
reperirentur in Glemona et ejus dis-
trictu ipsi et ipse, qui et que repe-
rirentur, et illi in cujus domibus re-
perirentur capiantur de persona, et de
ipsis fiet, sicut de ipsis forbannitis fie-
ret si caperentur. Ex Vattovo c. T. a.

1292 17 Iunii Utini.

Cum multa bona forbannitorum, ubi-

heebatur, portata fuerunt ad domum Fratrum Minorum de Glemona et ibidem reposita, D. Raymundus Patriarcha mandat Wardiano et Sacristae dictae domus, quatenus dicta bona omnia sine aliqua diminutione infra tres dies Guareco de la Torre ejus nepoti integre assignare debeant: alioquin excommunicationis vinculo innodabuntur. ex rattiro c. 7 a.

1292 21 iunii Venzoni.

Super omni iniuria et offensione quae reperiretur illata D. Raymundo Patriarchae per homines Venzoni offendendo, balistando et lapidibus percutiendo homines Glemonae et familiares dicti D. Patriarchae, tam supra montem S. Agatae quam in strata publica apud Venzonum promisit Rayneriuttus Camerarius Communis Venzoni pro omnibus de Venzono sub poena centum marcharum denariorum Aquilejensium parere iuri quandocumque per illum qui predicta cognoscere debet fuerit requisitus. c 7 a

1292 21 Iunii

Super discordia orta inter homines Glemonae et homines Venzoni D. Patriarcha respondit Ottolino nuncio D. Alber-

et Comitis Gavitie quod parati erat cavere
veritatem armento ablato hominibus de Ven-
zono supra montem S. Agnetis dummodo
ipsi de Venzono satisfacerent vel pagita-
rent securitatem satisfaciendi mallam quam
tenentur solvere pro armentis praedictis et
aliis quae ipsi de Venzono illa die concul-
cavit super dictum montem, vellet ta-
men quod dictus D. Comes ostenderet
sibi quale jus habeat in Venzono ut
sciret si ipse D. Patriarcha, aut ipse D. Co-
mes cognoscere debeat de causa praedicta etc.

1292 23 junii

D. Raymundus Patriarcha mandat Ga-
staldiani Civitatis ut provideat quod
nonnulli homines villarum in Gastaldia
Civitatis constituti communia pascua et
vacharias in ipsarum usum propulum per-
sumunt occupare, se abstineant, et fa-
ciat relaxare. Aut. vol. Bellonus.

1292 24 junii Utini

D. Raymundus Patriarcha considerans
servitia sibi et Ecclesiae Aquilejensi
facta per Mathiam q.m Canii de Ar-
zano, eum de gratia speciali ad rec-
tum et legale feudum manu propria
investit de medio manso sito in vil-
la Maduns. Franc. A. M. u. e.

1292 2 julii Utini.

Ex dictis quorundam testium quos D. Articus de Castello adhibuit in causa quam habebat cum D. Raymundo Patriarcha colligitur;

Quod cum D. Bertoldus Patriarcha esset quondam in villa de Blumbach ubi erant multi liberi et ministeriales ecclesie Aquilegensis D. Federicus de Castello pater ejusdem D. Artici dedit et assignavit dicto D. Patriarche castrum de Prosperch cum suis pertinentiis et magnata, tali conditione et pacto quod idem D. Patriarcha propter hoc daret sibi castrum aut rectoriam in Forojulio hoc est inter Tilmentum et Liquentiam. Igitur D. Bertoldus Patriarcha misit D. Marquardum Odoricum de Ronchovo ad accipiendam tenutam dicti castri quo cum pervenit D. Patriarcha pertinentium ascendisset prefatus D. Marquardus tradidit ei claves castri quas dedit eas D. Ulrico de Leytz. Tunc D. Federicus vires fecit ad se venire quamplures homines qui juraverunt servire D. Patriarche, et ejus curie, et per officiales Aquilegensis Ecclesie dato fuerunt sidem D. Ulrico et alia jura ministerialium et D. Patriarcha postquam habuerat dictum [illegible]

castrum in sua tenuta duobus annis fe-
cit illud dirui ex lapides [illegible].

1292 12 julii

Constat sententia inter illos de Por-
chiuto et de Ronchis, quod illi de
Porchiuto pascuant sicut pascuerunt a-
cum eorum bestiis et animalibus in nos
territoriis illorum de Ronchis scilicet
in granis, ullis, semitis et locis u-
cuis, sine tamen damno Ant. Bellonus

1292 26 julii Utini

Cum homines de Curia Paular
ti excommunicati dicerentur pro eo
quod hoc anno non iverant cum
crucibus Aquilejam ut iure tenebantur
D. Raymundus Patriarcha recepto ab eis
eisdem juramento de parendo man-
datis Ecclesiae ac ipsius D. Patriarchae
absolvit eos ab excomunicatione et
ad ecclesiastica sacramenta restituit
nec non interdictum cui Ecclesiae dic-
tae Curiae subjacebant, relaxavit ex-
pattere. c. F. O.

1292 1. Augusti Utini

D. Raymundus Patriarcha praecepit
D. Wilielmo de Mels pro se et omnibus
de Mels, quod ipse et alii de Mels [illegible]
contiare debeant, et de cetero non teneant

in domo sua Raynerucium de Stauli de Glemona famulum suum: quod
si non facerent, ipse D. Patriarcha de
bonis dicti D. Wilielmi et aliorum de
Mels faceret accipi ubicumque illa
invenirentur. Ex Valtero C.F.G.

1292 12 Augusti. in S. Vito Karinthie.

Conradus Archiepiscopus Salzeburgensis
Apostolice Sedis Legatus rogatus a D. Raymundo Patriarcha de federe unionis mutue contrahende pro bono et utili statu earum Ecclesiarum respondet quod
adheret et adesse vult contra omnes
hostes et offensores Ecclesiarum utrius-
que et specialiter contra Dominos Albertum Austrie et Meynardum Karintie, Duces, favore, consilio et auxilio
manuali in terris Karinthie, Saunie,
Carniole, Marchie et Forijulii quando
super hoc per D. Patriarcham fuerit requi-
situs, sic ut versa vice D.
Patriarcha similis juramento tractatum ei
permittat. C.F.C.

1292 ... Augusti in Castro Tuevan.

Favore, consilio et auxilio manuali
astans sibi totis viribus atque posse
toto tempore sue vite, D. Ulricus Comes
de Heunemburg contra eosdem hostes

Aquilejensis Ecclesiæ, promisit D. Raymundo Patriarchæ. c. ?es

1292 15 Augusti in Civitate Austriæ.

Almbetta nepte D.e Lucardis fecit se

b.e fieri heremitarium prius apud

S. Stephanum, in quo ipsa intravit, et

fuit clausa per Magistrum Julianum

Thesaurarium Civitatensis Ecclesiæ, in

festo Assumptionis S. Mariæ. Chron. Jul.

1292 28 Augusti Utini

Cum electi essent Arbitri qui defini-

rent omnem questionem quæ vertebatur

inter Dominos de Flagonea et Dominos

de Fongarea et partes juravissent stare

eorum mandatis, D. Raymundus Patri-

archa præcepit tam illis de Flagonea

quam illis de Fongarea quatenus omnes

quos ceperant de persona, et captivatos

detinebant ad proximum diem Sabbati

sibi in Utino assignarent. Ex Valhen c.f.o

1292 25 Octobris Utini

D. Raymundus Patriarcha investit Cri-

mellum de Utino de duobus passibus

terræ in frontera sitis in villa Utini

" in loco qui dicitur Pratelus, solvendo

annuatim octo denarios Aquilejenses.

. Franciscus Not. A in u.c.

1292 26 octobris Utini

Cum Andreas filius Tyrionis dicti

Pagnani de Colle Pagnano Tarvisinae Diocesis explorator extitisset et operam dedisset quod Philipus de la Turre officialis Tolmini et nepos D. Raymundi Patriarche caperetur de persona, et occuparetur Castrum Tolmini et in hujusmodi flagranti crimine fuisset deprehensus, D. Patriarcha eum perpetuo carceri sententialiter condemnat ut ibidem penitentiam tanti sceleris peragens, collo, manibus, et pedibus jugiter catenatus jejunando tribus diebus qualibet septimana scilicet secunda, quarta et sexta feria in pane et aqua qualibet pro dictorum trium dierum uno pane septem unciarum contentus finiat dies suos. Ex Vallaro, C. F. o.

1292 2 novembris Utini

D. Raymundus Patriarcha investit Jacobum q.m Henrici de Blaie de omnibus feudis et juribus que dictus ejus pater habuerat a domo Aquilejensi et que hinc ad quatuor septimanas dare debet in scriptis. Franc. A.m.u.o.

1292 5 novembris

D. Hermanus dictus Maninus Canonicus Civitatensis constituit Hermaninum servientem suum procuratorem suum ad petendum et recipiendum ...

a D. Jacobo de Arena de Parma Civilis
juris Professore libros ipsius magistri Her-
mani quos ipse apud eundem D. Jaco-
bum deposuit in urbe Romana. Ex Val
bona. Bellonus

1292 10 Novembris Utini

D. Raymundus Patriarcha investit Mar-
cellonem habitatorem suum de castro
Utini de una pecia terrae ad feudum
habitantiae, locatae de extra Portam Aquileiae.

1292 13 Novembris Utini

D. Raymundus Patriarcha manu pro-
pria investit ad fictum Aquilejensem
Jacobum de Utino de quatuor passibus
terrae in frontura et sex in longitudine
sitis in burgo superiori Utini ubi exstat
fossatum terrae infra mercatum et
viam publicam solvendo annuatim quin-
que et octo denarios fr. A.M.U.B.

1292 5 Decembris

Cum Capitaneus, Potestas, Anciani,
Consiliarii et Officiales Tarvisii sint ex-
communicationis vinculo innodati et Ci-
vitas Tarvisii subjaceat Ecclesiasticae
interdicto eo quod contra Patriarchae
ligae Constitutionem tenorem occupa-
verunt et detinuerunt occupata bona
et jura Ecclesiae Aquilejensis scilicet
locum et curiam de medadis; feuda

quas quondam Ecelinus et Albericus de Romano habuerant ab Ecclesia Aquilejensi, et eo quod exercebant angarias et perangarias in bonis Monasterii S. Mariæ de Pyra: F. Raymundus Patriarcha mandat Tholberto Episcopo Tarvisino quatenus usque ad satisfactionem condignam prefatum Capitaneum, Potestatem, Ancianos, Consiliarios, Officiales dictæ Civitatis singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos publice nunciet et faciat nunciari et tamquam excommunicatos ab omnibus evitari. Verci 326.

1292 6 Decembris in S. Vito.

Gerardus de Camino Capitaneus generalis Tarvisii nec non Potestas, Anciani, Consiliarii et Officiales dictæ Civitatis per Johannem Grandonium eorum Procuratorem et sindicum solemniter protestantur contra sententiam Excommunicationis et Interdicti latam a F. Raymundo Patriarcha Aquilejensi, et ad Sedem Apostolicam et ad futurum summum Pontificem appellant. Verci Ecelin. 298

Similiter contra Interdictum F. Conradus Mansionarius Ecclesiæ Tarvisinæ Sindicus et procurator capituli et cleri Civitatis et Diocesis Tarvisii viva voce appellando Sedem Apostolicam et futu-

ram Summum Pontificem vocans man-
datum illud iniquum et injuste factum.
Uerci. 327

1292 7 Decembris in S. Vito

D. Raymundus Patriarcha considerans
grata et fidelia servitia domini Aquile-
jensis facta per Machinum q.m D. Conti de
Arzano et attendens ad utilitatem dictae
domus Aquilejensis et Castri de Medu-
na, jure recti et legalis feudi investit
eundem D. Machinum de duobus man-
sis sitis in walde, unus in villa de
Arzano, et alter in villa de Arcedo.
Fumulcium Not. A. M. …

(a)
1292 24 Decembris in S. Vito

Habitatores et vicini de S. Vito pe-
tunt humiliter a D. Raymundo Patriarcha
ut cum ipsi et predecessores ipsorum
tam neque a predecessoribus ipsius D. Pa-
triarchae gratiose obtinuerint quod perci-
bat tabernarius de omni urna vini,
et omnis Panicagula de qualibet sta-
rio frumenti et omnis beccarius de
quacumque bove quae venderent ad mi-
nutum, duodecim parvos Veronenses et
de castrono et lectia minuta quatuor
denarios ejusdem monetae recipere con-
sueverint et habere ab ipsis ea de spe-
ciali gratia concedere. Liquaretur igitur

1292 26 Decembris. in S. Vito

D. Raymundus Patriarcha significat
Episcopo Paduano se commisisse Episcopo
Tarvisii et cuncti et Capitaneum, Potesta-
tem, Ancianos, Rectores atque Officiales de
Tarvisio denunciarent ac facerent denuncia-
ri publice excommunicatos et civitatem ip-
sam ecclesiastico suppositam interdicto eo quod
contra tenorem Constitutionis Provincialis
Concilii terras, possessiones et alia jura de
clericis Aquilejensis occupaverunt. Verum D.…
nus, Capitulum et alii clerici tam regulares
quam seculares civitatis ac Diocesis Tarvisii
postquam per aliquos dies interdictum obser-
vare ceperant contra Patriarchale decretum
ad Sedem Apostolicam appellaverunt. Patriar-
cha eorum appellationem tamquam frivolam
non admisit et ipsi interdictum ipsum tam-
quam inobedientes filii observare neglexerunt
qua propter suspensionis et irregularitatis la-
queum incurrisse noscuntur. Mandat igitur
eidem Episcopo Paduano quatenus prefatos De-
canum, Capitulum et alios omnes clericos Regula-
res et seculares non servantes interdictum
suspensionis et irregularitatis laquea involu-
tos et Capitaneum, Potestatem, Ancianos, Rec-
tores … atque omnes officiales civitatis Tarvisii
excommunicatos, et terram predictam eccle-
siastico suppositam interdicto nunciet et fa-
ciat nunciari per omnes suae civitatis ac Diocesis
ecclesias. Alioquin ab ingressu ecclesiae eum
suspendit. Uerci 356

(a)
1292 … Decembris in castro S. Viti
Raymundus Patriarcha mandat sub excommunicatio-
nis pena Potestati Utinensi Civitatis … Venzone quatenus de …
teneo nullas oblationes recipiant et … de …
zono nec ab aliquo ipsorum quod … perceperit …
perpetuo concessionem …

D. Patriarcha gratiam quam petebant eis concessit ita tamen quod dicti Habitatores et vicini denarios quos receperint de predictis in reparatione pontium Terrae et territorii S. Viti et cooperturae domus in qua conveniunt ipsi Habitatores et vicini ejusdem Terrae et alibi prout sibi converti debeant et teneantur Albertus not. C.T.8

1293 6 Januarii Aquilejae

D. Raymundus Patriarcha investit jure feudi habitantiae Castri Fagaeae Henricum q.m D. Jacobi de Cavoriacco de una domo sita in dicto Castro Fagaeae et de tribus campis cum dimidio nec non de uno prato e de duobus bayarciis in territorio de Fagaeda. Franciscus not. A.M.U.8

1293 7 januarii

Mattheus de Castagneda sindicus et procurator Capitanei, consilii et Communis Tarvisii denunciat D. Raymundo Patriarchae, actum appellationis ad Sedem Apostolicam de sententia excommunicationis et interdicti contra eos lata per ipsum D. Patriarcham et de ejus jussu iterum eis denuntiata per D. Episcopum Paduanum Verci 350

1293 12 Januarii Utini

D. Castrimanus q.m D. Leonardi de Sa-

vergnano in manibus Procuratorum Communes Civitatis facit treugas & Odoullio de Cucanea de omni discordia orta inter eos occasione mortis Philippi dicti Tasca ne et Rossii patris ejus & Carstmani hinc ad Pandulcam aldiorum proxime venturam sub pena mille marcharum

Antonius not. c c f c

1293 13 Januarii

+ Venerabilis vir & Frater Fulcherus Episcopus concordiancie dict. chr fol

1293 17 Januarii

& Raymundus Patriarcha concedit Claudino de la Turre Castaldioni Carnee et ejus nepoti facultatem livellandi, seu dandi ad livellum terram que est prope Castrum Maicardi omnibus volentibus illa habitare solvendo annuatim pro duobus passibus et medio in frontera et quinque passibus in longitudine viginti denarios nomine census Aquilegensis permittens eisdem qui super ipsam terram habitaverint quod vendere possint panem et vinum. Concedit etiam quod annis singulis in festo S. Bartholis teneantur ibidem nundinae per tres dies duraturas ad quas omnes et singuli securi in rebus et personis ire valeant et redire

solvendo mutuum prout percipitur in Iul-
mctio. Ex Valtero c. 7 a

293 26 ianuarii Aquilejæ.

Habitatores de Los promittunt D. Raymun-
do Patriarchæ eorum castrum apertum libe-
re dimittere omni tempore intrando et exe-
undo prædicto D. Patriarchæ, D. Artuicodo de
la Turre Gastaldioni in Los, et aliis Offi-
cialibus ipsius D. Patriarchæ et ejus Successo-
rum qui pro tempore fuerint tam in
prædicto loco de Los quam in Avisperch,
Circhnitz, Wipacho et Carsto. Promittunt
insuper contra prædictum D. Patriarcham et
ejus Successores, nec contra præfatum D. Ar-
tuicodum Gastaldionem de Los, nec contra
aliquem alium Officialem D. Patriarchæ
qui pro tempore fuerint in locis supra-
scriptis de Los, Avisperch, Circhnitz, Wi-
pacho et Carsto numquam facere aut
venire opera, auxilio aut consilio, sed sem-
per eidem D. Patriarchæ ac Successoribus suis
et Officialibus ipsorum qui pro tempore fue-
rint in locis prescriptis fideliter astare in
omnibus totis eorum viribus atque posse.
Ita quod si contra fecerint aut venerint
sint ipso facto privati omnibus eorum
bonis tam propriis, quam feudalibus et ha-
bitantiis. Ex Valtero c. 7 b.

1293 9. Februarii Aquilejae

Frater Petrus Ratiocinator D. Raymundi Patriarchae confessus est se recepisse a D. Matheo Episcopo Polensi quindecim grossos quos dare remanserat pro expensis Legati Apostolicae Sedis in Ungariam missi et sexaginta sex soldos grossorum Venetorum ipsi contingentes de Collecta imposita pro expensis Nunciorum super negotiis Concilii habiti Aquilejae ad Romanam Curiam transmissorum. Albertus Not. C. F. O.

1293 19 Februarii

D. Raymundus Patriarcha investit ad rectum et legale feudum D. Milanum de Prana habitatorem castri Utini de quoddam molendino trium rotarum sito in roja Turris supra villam Modolati. Ex Vattere. Bellonus

1293 19 Februarii

Leonardus q.m Reynardi de Moruccio asserens se nescire a quo debeat investituram feudorum quae pater ejus habuerat a domo de Spegnimberch, petiit a D. Raymundo Patriarcha investiri de illis, et fuit investitus, salvo jure cujuslibet. Ex Vattere Bellonus.

1293 23 Februarii Prata

Constantinus et Bonanus de Castro Utini

nomine D. Patriarchę pręcipiunt Domino Gabrieli, Wecellone, et Bartholomeo de Por-ta ut darent et assignarent dicto D. Patriarchę S. Stenum, Turrim et castra sua quod si super ipsis aliquod jus haberent idem D. Patriarcha daret eos per laudum suę Curię et facerent justi-tię complementum. Qui dixerunt quod super hujusmodi ambasciata volebant suos parentes et amicos consulere et habito consilio respondebunt prędicto D. Patriar-chę quę spectabant ad ipsum et Ecclesię Aquilejensis honorem. Tunc prędicti Ambas-satores pręceperunt eisdem quatenus dic-to D. Patriarchę ultra usque ad proxi-mum diem martis dictam responsionem facerent. Albertus Not. c. 7 a.

1293 13 martii Aquileię

D. Raymundus Patriarcha mandat Po-testati Consilio et Communi Aquileję quod restituant massariis monasterii S. Marię de Aquileja animalia quę contra Con-stitutionem provincialis Concilii eis abstu-lerunt in Cervignano, S. Martino, et Terzio Albertus not. c. 7 a

1293 20 Martii Palmarii

Constantinus et Benonus de Castro Ut-ini ex parte D. Raymundi Patriarchę pręcipiunt Domino Andrico, Gerardo et Thomę

de Pulcinico ut castrum Soiane quod preter voluntatem D. Patriarche occupaverant eis statim dare et assignare deberent. Qui dixerunt quod super huiusmodi ambaxata volebant eorum amicos consulere et habito consilio, respondebant ipsi D. Patriarche que spectarent ad ipsius et sue Aquilegensis Ecclesie honorem. Et tunc dicti Ambaxatores preceperunt eisdem quod responsionem quam se facturos D. Patriarche dicebant, usque ad proximum diem lune ultimo facere deberent. Albertus not. C.T.O.

1293 25 martii Canipe

Constantinus et Bernardus de Castro utinensi ex parte D. Raymundi Patriarche preceperunt primoribus Canipe, et aliis nobilibus ibidem astantibus ut castrum Canipe eis statim assignare deberent. Qui responderunt quod super huiusmodi ambaxata vellent consulere Capitulum Aquilegense, Prelatos, ministeriales et communitates Terre Forijulii et habito consilio ipsi D. Patriarche respondebunt que erunt ad honorem D. Patriarche, Ecclesie Aquilejensis et eorundem, et tunc predicti Ambaxatores preceperunt eisdem quod usque ad proximum diem lune ultimo predictam responsionem faciant eidem D. Patriarche. Albertus not. C.T.O.

1293 3 Aprilis

mandatum D. Raymundi Patriarche, quod illi de Parçoto non teneantur capere nec custodire malefactores; et quod Gastaldio Aquilli quando injunctum ei fuerit quod aliquem malefactorem capiat aut custodiat, aliquas honorantias pro hujusmodi officio exigere possit. Ex Valtero Bellonus.

1293 13 Aprilis in Civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha cum quodam capucio manu propria investit D. Lupoldum q.m Conradi de Nevacurro de juribus que habet a domo Aquilejensi et que sive ad quatuor septimanas dare debet in servitio. Franciscus not. Amicus

1293 13 Aprilis

D. Raymundus Patriarcha investit D. Raymundinum dictum Rantolum de la Turre nepotem suum de quadam habitantia quam alias habebat in Castro Fagnani q.m D. Otto habitator dicti Castri. Ex Valtero. Bellonus

1293 18 Aprilis

D. Thomas de s. Daniele promittit sub obligatione omnium suorum bonorum quod a proximo die Lune ad octo dies comparebit coram Dominis Francisco de Fontebono, Henrico de Portis, et Lippo

de Cappanibus responsurus super injuriis et gravaminibus quae dicebantur per eum D. Raymundo Pahlavicq et D. Alamanino de la Turre Capitaneo Glemone et Sacili· dium S. Danielis, Philippino de la Turre Albrico Canonico et aliis Officialibus et nunciis dicti D. Pahlavicq illatis verbis et factis quae, ubi legitime probabuntur satisfaciet in omnibus et emendabit prout ipsi duxerint ordinandum Albertus Not. C.F.A.

1293 20 Aprilis apud Portumgruarium.

Decanus et Capitulum Ecclesiae Concordiensis post mortem D. Fratris Fulcherii ejusdem Ecclesiae Episcopi volentes vacationis periculo providere rogant D. Bernardum eorum Praepositum ac Decanum Capituli Civitatensis quatenus prima die Lunae post Festum Beati Marci apud Portumgruarium in Ecclesia S. Christophori venire non omittat super electione futuri Episcopi una simul processuri. Albertus Not. C.F.A.

1293 27 Aprilis

D. D. Jacobus quondam Ottonelli, Canonicus Civitatensis, electus fuit in Episcopum Concordiensem communiter per omnes canonicos, postquam per unum qui elegebat D. Bernardum Decanum Civit.

qui postea renunciavit suae electioni, et in ipsum D. Jacobum consensit. Qui postea confirmatus per D. Raymundum Patriarcham fuit in Utino. Chron. Jul.

1293 7 Maii Mediolani

D. Guidottus q.m D. Francisci de la Turre de Mediolano pro quinque mille libris mezzanorum Mediolanensium cedit Capardus q.m D. Michi Caponis de Florentia omne jus quod habere poterat contra D. Raymundum Patriarcham pro dictis quinque mille libris quas tenetur sibi dare D. Raymundus praedictus qui eas habuit anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto pro apparatu suo et dignitate et familiae pro emendis equis vel bracchis etc. manu Bonincontri notarii Bellonus

1293 23 Maii in Civitate Austriae

Antonius q.m Henrici de Fagonea cum se ad Sacros Ordines intenderet promovere sua propria voluntate refutavit et resignavit in manibus D. Patriarchae duos campos terrae in loco qui dicitur Silvella et unum pratum in loco qui dicitur Zuccola marina, quos et quod habebat jure feudi [illegible] equorum unius cavallariae in territorio Fagoneae. Idem vero D. Patriarcha Johannem dum

Nicolaum dicti Antonii filios de ipsis terris et possessionibus jure ministeriali supradicti de speciali gratia manu propria investivit. Franciscus not. A. M. u. o

1293 28 marii. in Civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha dedit et concessit wardiam castri Mercaredi Aluysio de Castello hinc ad unum annum promittens illi dare quantum dare solebat D Hermano de Lonta, aut illi de Maravia tali pacto quod D. Aluynus non molestet aut gravet indebite aliquos de contrata dicti castri et quotienscumque fuerit requisitus castrum illud D. Patriarche dare teneatur. Franc. A m u. o

1293 15 iunii ibi

Procuratores Concilii, Communis et hominum de Glemona jurant et securitatem prestant in manibus D Raymundi Patriarche, sub pena duorum millium marcharum argenti stare et parere mandatis que idem D Patriarcha eis facere voluerit usque ad proximum festum S. iohannis Baptiste super omnibus injuriis quas sibi per dictum Commune et singulares personas de Glemona sibi factas usque ad presentem diem dicebat.

Igitur D. Patriarcha de consilio Dominorum Vitaluni de Villalta, Francisci de Fon-

ulone et Iohannis de Zucola quibus pro-
miserat sub obligatione omnium suorum
et Ecclesie Aquilegiensis bonorum quod nul-
lum mandatum faceret dictis procurato-
ribus quin nos prius consuleret, Consilium [illegible]
Commune et homines de Glemona pro
omnibus iniuriis et offensionibus per ipsum [illegible]
nos eidem D. Patriarche, quocumque modo [illegible]
usque ad presentem diem factis et propo-
[illegible]
sitis, in trevisanum et quinquaginta mar-
chis denariorum condemnavit et promi[illegible]
ad gratiam suam recepit, et sic remi[illegible]
sit totaliter omnes iniurias et offensiones, [illegible]
forbannitis tunc de Glemona duntaxat [illegible]
exceptis. In Vallero. C. T. G.

1293 15 iunii Utini [illegible]

cum Domini Henricus de Prampergo, [illegible]
Mathias et Adalgerius fratres, Henricus [illegible]
q. Leonardi, Stephanus Ulrich, Bartholomeus [illegible]
dus de Moravia, Nicolaus Agalaand, [illegible]
Franciscus Ulrich, Candidus Saphonus, et [illegible]
Iacobus notarius de Glemona peterent se
absolvi ab excommunicatione quam [illegible]
incurrerant obsidendo Castrum Glemone,
D. Patriarcha ipsos a predicta excommu-
nicatione, recepto ab eisdem sacramento
de parendo mandatis Ecclesie et ipsius
D. Patriarche absolvit, et nos ad Ecclesiam [illegible]
dicta sacramenta restituit, dans eisdem [illegible]

in mandatis et quilibet ipsorum ab hodier-
na die usque ad unum annum comple-
tum qualibet die dicat viginti vicibus Pa-
ter noster, et viginti vicibus Ave maria,
et jejunet qualibet die Veneris in pane
et aqua usque ad unum annum comple-
tum. et si forte jejunare non possent
ex debilitate corporis aut nolent ipsa
die Veneris, idem Henricus quatuor pau-
peres predicta die, Mathias et Adalge-
rius pro qualibet ipsorum duos pauperes,
Nicolaus unum, Stephanus unum et
Franciscus Vitich unum, candidus unum
pauperes pascere in isto presenti anno
et induere de tunicis griseis, de bracis
et camisiis et caligis et calceis pro qua-
libet ipsorum tenerentur et debeant. Man-
dit aliam Iacobo notario in mandatis.
ut qualibet die usque ad unum annum
completum dicat quadraginta vicibus
Pater noster, et quadraginta vicibus
Ave maria, et quod in quarantena
nativitatis Domini proxime ventura jeju-
net duobus diebus in septimana. ex
Naltero. C. 7 a.

1293 16 junii Utini.

Domini Bertolinus de Villalta, Franciscus
de Fontebono et Iohannes de Zucola pro-
miserunt in manibus D. Henrici de ...

Promisit quod si D Raymundus Patriarcha contra Consilium Commune et homines de Glemona preter forbannitos, facere aut venire voluerit, aut damnum, iniurias seu molestias eis quoquo modo intulerit occasione iniuriarum et offensionum factarum per ipsos a die qua vulneratus fuit D Alemanutius de la Turre et eius familia in Glemona usque ad presentem diem ipsi contra predictum D. Patriarcham et omnem hominem et personam astabunt predictis Consilio, Communi et hominibus de Glemona toto posse in ipsorum auxilio, consilio et favore Ex Vattera c. f. o

1293 22 Iunii Utini

D Raymundus Patriarcha mandavit et precepit Sigardo fabro qui morabatur in Utino quod se de terra quam acceperat ab ipso D Patriarcha intromittere de cetero non debeat cum sit homo de masnata Dominorum de Cucanea et nullus homo alterius terram supra fossata Utini habere possit, dicens quod tempore quo investiverit eundem de ipsa terra, de conditione ipsius Sigardi nihil sciebat, immo ipsum hominem domus Aquileiensis esse credebat Franciscus A. Micco

1293 22 Iunii In castro Utini

D dictus D Patriarcha [illegible] monasterii [illegible] [illegible] per mortem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Albertus [illegible] tempore [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Raymundi de gratia [illegible] [illegible] quolibet anno [illegible] [illegible] [illegible] temporalibus [illegible] [illegible] salvo omni, [illegible] quod ipse D Patriarcha et ecclesia Aquileiensis habent in eo

1293 11 iulii utini

Interrogatus a Procuratoribus Communis Tergesti si acceperint Potestariam dicte Civitatis usque ad proximum festum s. Petri, d. Musca de la Turre dictam Potestariam acceptavit infrascriptis conditionibus videlicet: quod Potestas habeat pro suo salario unius anni centum et viginti marchas Frisachensium, et habeat unum socium, duos destrarios et quatuor ronzinos et sex inter domicellos et scutiferos et domum pro Communi. et insuper quod possit exire districtum Tergesti pro suis negotiis specialibus minoranti quindecim diebus sua propria auctoritate, et si plus stabit stare debeat cum voluntate majoris Consilii non tamen minuendo de suo salario. " Albertus not. c. 7.o

1293 8 iulii utine

Pro omnibus offensionibus et injuriis per ipsos et eorum familias factis et perpetratis contra d. Raymundum Patriarcham quocumque modo usque ad presentem diem, d. Otto miles, d. Federicus dictus Lampachavius de Windisgratz et d. Saxpaner de Suchestein unusquisque eorum cum sex hominibus armigeris equestribus

et Nicolaus q.m D. Bernardi de Windis. [illegible]
gretz cum persona sua promiserunt sub [illegible]
obligatione omnium suorum bonorum ser[illegible]
vire eidem D. Patriarche usque ad decem
annos completos eorum sumptibus et [illegible]
expensis contra omnes volentes invadere
et occupare bona et possessiones dicti D. [illegible]
Patriarche et Ecclesie Aquilegensis. Pro[illegible]
miserunt etiam facere quod Archiepiscopus [illegible]
de Suntelbach similiter cum sex homi[illegible]
nibus armigeris equestribus serviet eidem
in Windisgretz et per totam provin-
ciam et districtum, ita quod si predic[illegible]
ta non observaverint privati sint omni-
bus eorum bonis tam propriis quam
feudalibus que D. Patriarcha tenent [illegible]
securitate recepta, predictas injurias et
offensiones remisit. Cumque predicti Do-
mini Otto, Federicus, Seyfrid et Ni-
colaus se petissent absolvi, ab excommunica-
tione quam incurrerant pro eo quod
occupaverant bona Ecclesie Aquilegensis [illegible]
et castrum de Windisgretz ipse D. Patri[illegible]
archa recepto prius ab eisdem sacra[illegible]
mento de parendo mandatis Ecclesie
et suis, a predicta excommunicatione
eos absolvit et ad Ecclesiastica Sacramenta
recepit, dans eisdem in mandatis quod que[illegible]

libet ipsorum usque ad unum annum
completum quolibet. Ille dicat quadragin-
ta vicibus Pater noster et totidem Ave
Maria, et jejunet qualibet die Veneris
usque ad unum annum et si ille ille
jejunare non posset aut nolet pascat
unum pauperem de hiis qui pro
se parata fuerint, quod numquam ali-
quid accipiat de bonis Ecclesiasticis nec
aliquid faciat contra Ecclesiasticas perso-
nas, et insuper quod in tribus dominicis
immediate sequentibus postquam
fuerint apud Windisgretz veniant su-
per tochtum S. Elisabeth et rogent om-
nes intrantes ut supplicent Deum quod
dignetur eis parcere culpas quas com-
miserunt invadendo bona Ecclesie Aquile-
jensis et occupando castrum de Windis-
gratz. Valvas. C.F.O.

1293 9 Iulii Utini

D. Raymundus Patriarcha praecepit
D. Ottoni de Windisgretz sub pena amissionis omni-
um suorum bonorum quatenus de cetero
se non intromittat de castro et burgo de
Windisgratz nec de aliquibus fructibus
redditibus, officiis ac juribus ipsius D. Patri-
arche. Quod D. Otto statim ibidem hoc face-
re promisit et cavit in manibus D. Pa-
triarche omnibus supradictis. Ex Valv. C.F.O.

1293 12 Julii

Andreas et Gerardus de Pulcinico promittunt sub pena mille marcharum denariorum dare et assignare D. Patriarche infra proximos quatuor dies Castrum Aviani et restituere eidem omnia que reperirentur per illos esse ablata aut D. Patriarche, aut illi qui loco sui erat in dicto castro aut massariis et hominibus D. Patriarche, sive per tolettas sive quocumque alio modo usque ad proximum festum Assumptionis Beate Marie Virginis. Dominus autem Patriarcha accepta securitate per eosdem ablata et nominatis nobilibus qui questiones defendent que ex inde oriri possent, dictis Dominis de Pulcinico et habitatoribus Aviani omnes injurias et offensiones sibi aut ejus Officiali per eos factas et perpetratas usque ad presentem diem remisit, et eos in gratiam suam recepit. Ex Valtero. C.F.O.

1293 13 Julii Utini

Procuratores et Sindici S. Martini de la Turre Potestatis et Consilii et Communis Mugle, supplicant D. Raymundo Patriarche ut eis concederet quod pro futuro anno eligerent quem vellent in Potesta-

tem magistri. Annuit eorum precibus D. Patriarcha et cum ipsi Odoricum de Strassaldo elegissent, D. Patriarcha eorum electionem incontinenti confirmavit. Ex Voltero. c f o.

1293 7 Augusti Utini.

Domini Dalmas de Villalta, Franciscus de Tentelano et Iohannes de Zuccola arbitri et amicabiles compositores super omnibus litibus, quaestionibus et discordiis quae vertebantur inter D. Raymundum Patriarcham ex parte una, et Dominos Mathiam et Adalgerium fratres de Glemona et Henricum de Pramperch et Commune et homines de Glemona ex altera auditis hinc inde partibus et perpensis rationibus haec a praedictis exequi et fieri sententialiter ordinaverunt.

I. Compositio et concordia iam dudum facta inter eos firma remaneat et plenum habeat valor et effectum.

II. Dominus Henricus, Matheus, Adalgerius Commune et homines de Glemona iuxta formam compositionis et concordiae iam dictae non teneantur alicui aliquam poenam si nondum persolverint centum marchas eidem D. Patriarche in prefixo facto S. Margarete vel aliter

facerent contra tenorem compositionis
et concordie antedicte infra quindecim
dies tamen illas centum marchas per-
solvant

III Dicti Domini Henricus, Mathias, et
Adalgerius ac alii fratres dicti D. Mathie
remaneant et sint cives Glemone.

IV Super defensis et offensis illatis D. Pa-
triarche, et suis per dictos Dominos
Henricum Mathiam, Adalgerium et Com-
mune et homines Glemone, et eorum
fautores et complices usque ad presen-
tem diem tam obsidendo seu artando
castrum Glemone et morantes in illo,
quam occupando castra Scluse, et Av-
tenis, et capiendo Capitaneum Avonie
mentorias Scluse, eorum familias et
auferendo bona ipsorum et D. Patriar-
che, nec non destruendo horreum
D. Patriarche, et frumentum exinde ex-
portando et alio modo quocumque,
D. Auditores de Castello de Utina
ipsius D. Patriarche et Communita-
tes et homines Civitatis Austrie, et
utrique promiserunt et se obligant
dictis Dominis Henrico Mathie, et ejus
fratribus et Communi et hominibus
Glemone eis actare et ipsos toto posse

iuvare si dictus D. Patriarcha vellet contra
eas vel aliquem ipsarum procedere et
eas molestare occasione huiusmodi in-
iuriarum et offensionum.

V Hac promissione ac obligatione facta
per dictum D. Archiepiscopum de Castello et
communitates civitatis Austrie et Utini
statim dicti Henricus, Mathias et fratres
eius et Commune et homines Glemone
restituant dicto D. Patriarche castra pre-
dicta Cluse et Artenee et deinceps peni-
tus desistant ab obsidione seu custodia
castri Glemone et hominum assisten-
tium in eodem et relaxent omnes cap-
tivos, et de omnibus rebus ablatis et
damnis illatis D. Patriarche et suis ple-
nariam satisfactionem impendant infra
quindecim dies, et D. Patriarcha homi-
nibus de Glemona similiter infra quin-
decim dies restituat ea que per suos
officiales accepta fuerunt.

VI. D. Patriarcha concedat statim Guardia-
nis Fratrum minorum de civitate Austrie
Utini, et Glemona facultatem moderandi
prout eis videbitur penitentiam iniunc-
tam per ipsum D. Patriarcham prefatis
Dominis Henrico, Mathie, Adalgerio et
Communi et hominibus Glemone etc.

absolvendi eos ab excommunicatione quam
incurrerant post predictam primam
compositionem et concordiam occupando
Cochia predicta et alias injurias et
damna inferendo ipsi D. Patriarche, et sub
nec non relaxandi interdictum cui sub
jacet Terra Glemone dicto de causa.

VII. D. Patriarcha non faciat ullo tempo-
re predictis Dominis Henrico, matri,
et fratribus et Communi et hominibus
de Glemona violentiam aliquam, injuriam
viam sive torturam, et si contingeret
quod aliquis eorum conquereretur quod
idem D. Patriarcha aut aliquis ex ejus
Officialibus fecisset sibi violentiam ali-
quam aut injuriam atque torturam, tunc
ipsi Arbitri supradicti una cum D.
Rodulfo Aquilejensi et D. Bernardo
Civitatensi Decanis habeant auctori-
tatem cognoscendi et diffiniendi su-
per predictis, et quidquid per majo-
rem partem ipsorum fuerit diffini-
tum et ordinatum debeat a pre-
dictis partibus firmiter observari sub
pena duorum millium marcharum.
Illorum sub C. T. O.

1293 7 Augusti ultimi.

Procuratores et Sindici Communitatis

tum Civitatis Austrie et Utini de licen-
tia D. Raymundi Patriarche, promittunt et
jurant Domino Henrico de Pramperch
mathie et fratribus de Glemona, Comma-
ni et hominibus Glemone, quod eis as-
tabunt ac ipsos toto posse juvabunt si
D. Patriarcha vellet aliquo tempore contra
eos aut eorum aliquem procedere, aut
eos molestaret occasione injuriarum
aut offensarum per ipsos eidem ac ejus
Officialibus factarum quoque modo us-
que ad presentem diem; ac si D. Pa-
triarcha faceret aut veniret contra
tenorem definitionis quam D. Raule-
tus Aquilejensis ac Bernardus Civi-
tatensis Decani ac nobiles viri D. Vetu-
mus de Villalta, Franciscus de Fonte-
bono et Johannes de Zuccola super
predictis duxerint promulgandum Al-
bertus not. c. f. a.

1293 19 Augusti In Civitate Austrie

De omni lite, questione ac discordia
que vertebatur inter D. Odoricum de Cuca-
nea pro se et suis fautoribus ex parte
una et D. Cavismanum qm. D. Leonardi
de Savorgnano pro se ac Dominis Petro
et Constantino fratribus suis et eorum
coadjutoribus et servitoribus ex altera

occasione mortis Philippi Tosonis et q^m Rossi patris dicti D. Carismani nec non damnorum illatorum et injuriarum per aliquam illarum partium alteri parti modo aliquo usque ad presentem diem, prefatus D. Odo-ricus de Cucanea pro se et dictis suis fautoribus, servitoribus, ac coadiuto-ribus libere compromisit in D. Nico-laum de Badoer et D. Henricum de Pertis tanquam in arbitros et amicabiles compositores promittens et jurans ratum et gratum habere quid-quid per ipsos judicatum aut ordina-tum fuerit in predictis et non con-tra dicere aut venire sub pena mille marcharum Aquilejensis monete. Alth-tui Vol. C. f. 6

1293 24 Augusti Apud S. Vitum.

D. Raymundus Patriarcha in virtute obedientie, et sub pena excommunicatio-nis mandat Thelberto Episcopo Tarvisi-no quatenus Gerardum de Camino Ca-pitaneum, Potestatem, Consilium et Com-mune Tarvisii moneat ne prestent auxilium aut favorem Rainaldis de Prata fautorum Ecclesie Aquilejensis
et nec excommunicationis vinculo innodatis,
invasoribus, nec permittant aliquos de

civitate et districtu Tarvisii tenentur in eorum servitium. Aliquin dictum Capitaneum, Potestatem, Consilium et Commune singulis diebus dominicis et festivis per ecclesias sue civitatis et diocesis faciat excommunicatos publice nuntiari. Verci 360

1293 2 Septembris Apud S. Vitum

D. Raymundus Patriarcha et D. Tholbertus de Camino in D. Gilonem Archidiaconum Aquilejensem, D. Marcum de Pasqualis de Venetiis et in D. Zilium de la Motta tamquam in arbitros et amicabiles compositores compromittunt de omni questione vertente inter eos occasione cujusdam superprese facte per dictum D. Tholbertum et ejus comitivam in territorio D. Patriarche supra Liquentiam. Alber. etc.

1293 2. Septembris. Apud S. Vitum

D. Tholbertus de Camino ex parte una et D. Henricus de Prodolone ex altera de omni damno illato et injuria facta per prefatum D. Tholbertum et ejus comitivam dicto D. Henrico communiter et concorditer compromittunt in D. Ugonem de Duino. Alberti not. etc.

1293 3. Septembris Apud S. Vitum.

Matheus de Castagnedo procurator et sindicus Capitanei, Potestatis, Consilii,

et Communis Tarvisii et eorum nomi-
ne iniustum asserit mandatum per
eundem D. Patriarcham D. Tholberto Epi-
scopo Tarvisino nuper factum eo
quod ipse nullam jurisdictionem super
ipsis habeat, nullum bonum ecclesie Aqui-
leiensis detineant ipsi occupatum, nul-
lum auxilium sunt parati prestare
nec Dominis de Prata nec aliis bono-
rum eius Ecclesie invasoribus, preiudi-
cantibus se indebite gravatos ad Sum-
mum Pontificem et eius Cardina-
lium appellant. Verci, 500

·93 5. Septembris Apud S. Vitum

D. Raymundus Patriarcha postquam
absolvisset ab excommunicatione quam
incurrerant eo quod occupaverant
bona sua et ecclesie Aquilegensis a-
pud Prodolonum D. Tholbertum de Ca-
mino et D. Rizardum et eius consor-
tes de Polcenigo, dedit eisdem in
mandatis quod sub debito prestiti ju-
ramenti numquam de cetero facerent
aut venirent contra predictam Aqui-
leiensem Ecclesiam. Albertini etc. c.f.o.

1293 11. Septembris, in castro Arzone

D. Raymundus Patriarcha absolvit
D. Biachinum de Camino, Pandolfum

de Cavalerio et Conradum de Motta ab excommunicatione quam incurrerant pro eo quod acceperant apud Rudolfum de Cavis ipsius D. Patriarche et ecclesie Aquilegiensis et eos ad ecclesiastica sacramenta restituit ac ecclesiasticum interdictum cui terre et ville dicti & Friachini et D. Tholberti fratris sui suppositum erat occasione dicte ... relaxavit dans eis in mandatis sub debito prestiti iuramenti quod de cetero non veniant nec faciant contra eundem D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilegensem et quilibet ipsorum ieiunet qualibet die Veneris in pane et aqua. Albertus Not. C. Firm.

1293 16 Septembris Valeporch.

Maynardus Dux Karinthie et Comes Tirolis transmittit ad D. Raymundum de Villalta eius consanguineum, Ottonem de Reichen qui eum plenius informabit de eius intentione, ut cum D. Patriarcha possit exinde de eius defectibus melius et efficacius loqui et si non in totum, saltem in parte emendare defectus hominum de Venzono satagens, quod mors de qua est questio inter eos et Glemonenses, nisi tantum condividetur. Petit preterea ut ad solemnitatem D. Ducis Austrie ire velit

cum ea; et si in hoc D. Patriarcha eum vellet impedire, dicat non quod amore ipsius Ducis Mainardi, sed D. Ducis Austrie, vel melius propria tante salvamenti devenerit interesse &c

1293 18 novembris Utini.

Frater Petrus Ordinis Humiliatorum nomine D. Patriarche, vendit Iohanni Radif, Danieli Warlio et Benvenuto Crumanero mutam Utini a proxime preterito festo S. Martini usque ad unum annum completum pretio et fore quinquaginta quatuor marcharum; tali tamen pacto quod D. Patriarcha constringere debeat mercatores qui tenent stratam Cayparii, vadant per Terram Utini, et quod ipsi vel eorum nuntii pro re aliqua aut offensione quam fecerint pro exigendo dictam mutam non teneantur respondere coram aliquo Gastaldione, sed solum coram ipso D. Patriarcha. Ivanus A. M. cum.

1293 20 Decembris

Venerabilis vir D. Iacobus quondam Ottonelli consecratus fuit in Episcopum et Pastorem Concordiensis Ecclesie per D. Tervisanum Tergestinum in vigilia S. Thome Apostoli in Aquilegiensi Palatio coram tot.

1293 21 Decembris.

In die S. Thome Apostoli post mis-
sam in Capitulo Civitatensis Ecclesie
data fuit mihi ... Prebenda ipsi-
us D. vacata per D. Odalricum de
Ragogna et per Capitulum Ecclesie
Civitatensis, et Mansionario meo
presbitero Dia data fuit Johanni fra- [illegible]
tri mei. Chron. Jul.

1294 3 Januarii Aquileje

Coram Dominis Artusio de Castello,
Geraldino de Villalta et Nicolao de Ru-
duo arbitris electis ad definiendas et [illegible]
componendas questiones que vertebant-
tur inter D. Raymundum Patriarcham [illegible]
et D. Gerardum de Camino Capitaneum [illegible]
neum generalem Tarvisii hec sunt
que petit D. Patriarcha.

1. Observetur sententia alias lata
inter felicis recordationis D. Bertol-
dum Patriarcham Aquilejensem et
Commune et homines Tarvisii per [illegible]
D. Ugonem Apostolice Sedis Legatum
et confirmata per Honorium ter-
tium Papam, et hinc satisfiat ipsi
D. Patriarche de omnibus redditibus
et fructibus usque nunc perceptis [illegible]
in locis, terris et bonis in dicta [illegible]

sententie comprehensis, quas D. Gerardus de Camino et homines Tarvisii detinent occupatas

II. Restituantur ipsi D. Patriarche castra, ville, bona et iura quecumque nomine censeantur que D. Albricus de Romano habebat in feudum ab Ecclesia Aquilejensi et que post ejus mortem Commune et homines Tarvisii occupaverunt.

III. Prefatus D. Gerardus destruat pontem quem habet in Cavolano super flumen Liquentie, nec alium construi permittat, cum ex privilegio imperiali Aquilejensi Ecclesie indulto nulli et maxime Tarvisinis liceat supra dictum flumen pontem habere.

IV Ipse D. Gerardus dirui faciat turres, girones et fortillitias constructas in Foroiulio et maxime ultra flumen Liquentie apud Cavolanum contra imperiale privilegium in quo cavetur quod nullus possit in Foroiulio fortillitias aliquas construere sine speciali licentia Patriarche Aquilejensis.

V Restituatur ipsi D. Patriarche

castrum Carnee quod est Ecclesie Aqui-
leiensis, et quod per dictum D. Gerardum
et ejus fautores occupatum detinetur, et
satisfiat de omni, clade et pluribus aliis
rebus dictum allatis sibi et suis.

VI. Dictus D. Gerardus restituat, refun-
dat et resarciat ipsi D. Patriarche, om-
nes expensas quas sustinuit in te-
nendo stipendiarios equites et pedi-
tes in Sacilo pro custodia dicte ter-
re quam occupare continue conaban-
tur inimici ipsius D. Patriarche, quos
D. Gerardus tenebat et fovebat qui se-
pissime die, noctuque venerunt hosti-
liter ad invadendum et concremandum
ipsum locum damnificantes homines
ibidem habitantes in personis et rebus.

VII. Idem D. Gerardus satisfaciat de
damnis, expensis et injuriis allatis D.
Patriarche eo tempore quo D. Gerardus
misit homines et gentem suam ad ob-
sidendum, invadendum et occupandum
castrum et locum S. Stini; quod tandem
per homines ad id per eum missos
et illos de Prata fuit occupatum. et
hoc ante discordiam inter eos ortam et
cum D. Patriarcha multo laboravit. Ad
quod castrum recuperandum oportuit

congregare exercitum generalem ac Co-
munem et iuvium suarum et ejus Ec-
clesie defensionem suscipere unde ipse
et sui subditi et fautores infuerunt, ex-
pensas et damna quanta sunt perpessi.

VIII. Cum prefatus D. Gerardus sit vassal-
lus D. Patriarche, et Ecclesie Aquilejensis
et obtinuerit ab eisdem multa feuda et
nihilominus contra eos venerit et in
eorum offensionem et excidium gentem
suam miserit et atroces injurias et in-
numera damna eis intulerit propter quod
merito dici debet omnia ejus feuda
Ecclesie Aquilejensi a qua ipse habe-
bat excidisse: petit D. Patriarcha quod
omnes possessiones jurisdictiones, castra
et loca que ipse D. Gerardus alias habu-
it a Patriarchis suis Predecessoribus
in Cadubrio et ejus pertinentiis et que
contra jus detinet occupata, sibi et Ec-
clesie Aquilejensi restituantur, et satisfiat
de damnis interesse et injuriis propter
hec irrogatis

IX satisfaciat D. Gerardus de damnis
et injuriis illatis D. Patriarche et suis
non tam per ejus fautores quam per
rebelles et banitos D. Patriarche quos
ipse D. Gerardus tenet in Cavolano.

in campis et aliis locis

X. Satisfaciat de tota villa de Rova-
vata per eos combusta et de bobus,
bestiis et omnibus spoliata, nec non
de bobus, animalibus et bonis omnibus
in villa de Poz ablatis.

XI. Satisfaciat praedicto Guidoto ejus
capellano et familiari de uno dextra-
rio eidem ablato

XII. Satisfaciat de damnis illatis dic-
to D. Patriarchae cum ipse D. Gerardus
ante aliquam discordiam inter eos or-
tam misit homines et gentem suam
cum armis et hostiliter apud Prodolo-
num ad impugnandum, capiendum
et interficiendum familiam, homines
et gentem ipsius D. Patriarchae qui erant
ibidem de suo mandato pro recuperan-
do dicto loco tunc occupato per gentem
D. Tolberti de Camino; qui homines et gens
dicti D. Gerardi aggressi fuerunt fami-
liam et homines ipsius D. Patriarchae et
ceperunt, vulneraverunt, interfecerunt
quam plures ex eis et depraedati fue-
runt.

XIII. Satisfaciat denique de injuria sibi et
ejus Ecclesiae illata penes se tenendo et
fovendo bannitos et rebelles ipsius D. Pa-

triarchae et extra suam gratiam constitu-
tas; petens quod de cetero ipse D. Gerar-
dus nec penes se eos teneat nec auxi-
lium eis prestet nec favorem, promittens
idem D. Patriarcha quod ex parte sua illud
idem faciet. Thesauri 366.

1294 6 Ianuarii Aquileiae.

Nominatis Arbitris qui quaestiones de-
finiant quae vertebantur inter D. Raymon-[a]
dum Patriarcham ex una parte, et Do-
minos Varcllonem, Pileum et consortes
de Prata, idem D. Patriarcha recepto
prius ab eisdem Dominis de Prata iu-
ramento de parendo mandatis Ecclesiae,
et eiusdem D. Patriarchae, eos absolvit ab
excommunicatione quam incurrerant oc-
cupando Castrum S. Stini et Turris, et
alia bona ipsius D. Patriarchae, et subdito-
rum eius, eisque ad Ecclesiae Sacra-
menta restituit. C.F.A.

1294 6 Ianuarii Aquileiae

Cum D. Simon de Cucanea occupas-
set Castrum Valvasone in preiudi-
cium D. Raymundi Patriarchae, et D.
Iohannis de Zucola qui ratione ha-
bitantiae dicebat ius se habere in ea-
dem castro; dictus D. Patriarcha et dic-
tus D. Iohannes de Zuccola inter

[a] Facta diligenti examinatione per homines fide dignos damna sibi et suis genti illata per D. Gerardum et gentem suam ascendunt ad valorem ducentarum [illegible] marcharum Aquilejensium: proinde petit quod dictus D. Gerardus condemnetur ad satisfaciendum sibi de dicta pecuniae quantitate.

se ad tale concordium devenerunt.
Quod quilibet eorum simul et divisim
toto posse operam dabunt quod Castrum
illud extraheretur de manibus dicti
D. Simonis de Cucanea, et illo recu-
perato [illegible]
habeant medietatem dicti castri cum
juribus et utilitatibus ad dictam medie-
tatem spectantibus et si D. Patriarcha
vellet emere medietatem D. Iohannis, D.
Iohannes debeat eam vendere D. Patriar-
che, nec unus sine altero faciat cum
dicto D. Simone treguam aut pacem.
ex Lapide A c.u.c.

1294 7 Januarii Aquilejae.

D. Carsmanus q. D. Leonardi de Ca-
na fecit treguas usque ad proximum
diem Carnisprivii D. Odorico de Cuca-
nea, et jurat eas observare sub poe-
na mille marcharum. Adsunt inter te-
stes D. Jacobus Episcopus Concordien-
sis et D. Gerardus de Camino Alber-
tus Not. c.T.O.

1294 8 Januarii Aquilejae.

D. Gerardus de Camino Civitatis
et districtus Tarvisii Capitaneus gene-
ralis jurat D. Raymundo Patriarchae
servare treguas firmatas usque ad sep-

tivam diem proximi exeuntis Februarii, sub pena mille marcharum; ita tamen quod D. Patriarcha infra octo dies similes treguas faciat, et quod ipse D. Gerardus ad dictam penam et sacramentum non teneatur si aliquis ex suis cui de huiusmodi treguis non constet eas violabit ante proclamationem earum redditam ad Terrarium. c.f.c.

194 22. Januarii Padue

Venerabiles viri Domini Paganus Thesaurarius et Philippinus de la Torre, et magister Marinus Canonici Ecclesie Aquilegensis Procuratores et nuncii D. Raymundi Patriarche Aquilegensis ad hoc specialiter delegati et ejus nomine ex parte una, et D. Honor notarius filius D. Omniboni de Vacalvana Syndicus Communis Padue et pro dicto Communi ex parte altera tractatum compositionis et concordie sic hinc inde commissum his conditionibus egi ac affirmare constituerunt.

1 D. Raymundus Patriarcha dabit suis omnibus periculis, dampnis et expensis Communi Padue quinquaginta balistrarios equites bene armatos, quorum quilibet habeat duos equos, videlicet unum

bonum et armis, et alium pro ronzino; et ipsos mittet Commune Padue quandocumque ipse D. Patriarcha per dictum Commune fuerit requisitus, et ipsos tenebit continue sex mensibus, et ubicumque et quomodocumque dicto Communi videbitur expedire.

II. Dabit insuper alios quinquaginta equites quorum quilibet habere debeat duos equos ut supra dictum est, et duos bonos et honorabiles Capitaneos cum bonis equis et duos equites cum trombetis ultra numerum predictum, quorum Capitaneorum unus presit Caballariis, alter vero militibus.

III. D. Patriarcha faciet Communi Padue et singularibus personis dicte civitatis et districtus finem quietationem, remissionem et pactum de ulterius aliquid non petendo de omnibus perceptis et habitis a dicto Communi Padue pro pensione domorum ac possessionum ad dictum D. Patriarcham et Aquilejensem Ecclesiam spectantium positorum Padue et in Paduano districtu, et de omnibus damnis et injuriis per ipsum Commune Padue prestitis D. Patriarche et ejus Ecclesie, et talis occasione predicta.

IV. Pro supradictis Collectis et multitudinibus datis a D. Patriarcha Communi Paduae; pro remissione affictuum et redditiuum domorum et possessionum ad ipsum D. Patriarcham spectantium et pro omnibus aliis obligationibus, promissionibus et remissionibus a dicto D. Patriarcha faciendis; Potestas et Commune Paduae faciunt eidem finem, quietationem et pactum de ulterius aliquid non petendo de omnibus et singulis datiis seu collectis quae, seu quas D. Patriarcha tenetur dare Communi Paduae usque ad praesentem diem et faciet finem et quietationem, et remissionem de omnibus damnis et iniuriis per dictum D. Patriarcham et eius districtuales ipsi Communi illatis.

V. Eximatur D. Patriarcha et cancellabitur de libro Forbannitorum et bannorum Communis Paduae in quibus reperitur bannitus pro supradictis Datiis seu collectis sive ipsius D. Patriarchae, sumptibus atque expensis.

VI. Palatia sive domus et possessiones omnes D. Patriarchae et Ecclesiae Aquilejensis sitae Paduae et in Paduano dis-

fructu, libere et absolute D. Patriarchę restituentur.

VII. Hęc omnia attendere et observare partes supradictę promittunt sub ipoteca bonorum omnium tam Ecclesię Aquilejensis, quam Communis Padue. C.F.A.

1294 28 ianuarii Padue

Cum castrum Canope, quod ad Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem pertinet, violenter detineatur occupatum per D. Gerardum de Camino et per bannitos dicti D. Patriarchę, et extra eius gratiam constitutos occasione proditionis et aliorum maleficiorum quibus ipse D. Gerardus omne prębet auxilium et a quibus multa damna in terris D. Patriarche continue inferuntur: magister Montinus Ambassator dicti D. Patriarchę et eius nomine supplicat Potestati Ancianis Consilio et Communi Padue, quatenus ad reprimendam nequitiam et audaciam dictorum bannitorum ad recuperationem et defensionem iurium Ecclesię Aquilejensis, et ad bonum et pacificum statum totius Foriiulii, eidem D. Patriarchę et Aquilejensi Ecclesię auxilium, consilium, et favorem prestare dignentur. Albertus not. C.F.O.

1294 21 Februarii

Hospites Tulmetti solvant datium
de pane et vino quod vendunt
in hospitio, et vendentes caseum
in petia solvant prout vendunt ad
libram. Ex Walters Ballonus

294 24 Februarii

Licentia data Ottolino de Canussio
de Civitate construendi Capellam S. Vi-
culai in villa Faynich solvendo an-
nuatim libram unam cere camere
D. Patriarche et aliam libram capitulo
civitatis in festo Purificationis. Ex
Walters Ballonus

1294 24 Februarii. in Ecclesia Sextensi

D. Hermanus Abbas Sextensis per flam-
bram suę clamidis ad rectum et le-
gale feudum investit D. Tolbertum
Comitem de Puleraico ante ipsum hu-
militer genuflexum de omnibus vil-
lis, jurisdictionibus et dominationibus
Tramontii. Qui D. Tolbertus tactis
sacrosanctis scripturis juravit fidelis-
tatem predicto D. Abbati sicut vasal-
lus Domino suo facere consuevit.
Victor de Faltrombus Not. C.C.F.C.

1294 2. Martii

Habitantes S. Daniels non tene-

antea in posterum ad plovia castri s. Danielis quia ante conduxerunt lapides ad faciendum opus palatii D. Patriarche in ipso castro ex valle, Bellonus.

1294 6 martii Sacili

Wilelmus prior S. Nicolai de Budrio pro dicto S. Nicolao et aliis de Budrio nec non pro dominis de Strassoldo ac D. Osialco de Sacilleto retulit D. Patriarche se fore bene paratum armis, dextrariis et aliis rancinis prout per impositores Forijulii fuerat eis injunctum ad eundum cum ipso D. Patriarcha Paduam, si vellet sibi dare tres marchas denariorum Aquilejensium pro qualibet mense pro expensis; aliaquin ipse nolebat recedere. Cui D. Patriarcha ei respondit quod ipse paratus erat dare ei unam marcham et mediam pro ipso, et aliam mediam pro balistario, si ipsum inquirivit et secum duceret. Albertus not. c. f. 6

1294 15 martii Utini

Tillonus de Florentia confessus est, se habuisse ac recepisse sex marchas et viginti denarios Aquilejensis monete a monasterio S. Marie majoris Civid-

tatis Austriae pro collecta eidem ma-
nasterio imposita per D. Raymundum
Patriarcham quando ivit Paduam in
auxilium Paduanorum. [illegible]

1294 17 martii Paduae

D. Raymundus Patriarcha et D. Pive-
linus de Constantinis procurator D. Gerar-
di de Camino et eius nomine de
omnibus quaestionibus, et controversiis
vertentibus inter eundem D. Patriarcham
et dictum D. Gerardum quacumque de
causa sese ad invicem compromi-
serunt in venerabilem P. Tolbertum
Episcopum Tarvisinum et in nobilem
virum D. Guidonem de la Turre
promittentes habere ratum et firmum
et fideliter attendere et observare quid-
quid per ipsos definitum ac arbitra-
tum fuerit sub obligatione omnium
suorum bonorum et in poena [illegible]
millium marcharum. etc.

1294 9. maii

Ego Iohannes celebravi primo mis-
sam nona die, maio, currente Domi-
nica sub c. chron. Julian.

1294 7 iulii Utini [illegible]

D. Iohannes de Zuccola praeco [illegible]
suis adiutoribus et amicis facit [illegible]

quas in manibus D. Raymundi Patriar-
chae D. Federico de Varma et omnibus
suis fautoribus et amicis usque ad pro
ximum festum S. Martini, promittens eas
usque ad dictum terminum inviolabiliter
observare sub alligatione omnium suo-
rum bonorum, et in poena duarum mil-
lium marcharum. Albertus vol. C.F.G.

1294 12 julii

Frater Petrus de Murone electus
fuit in Papam Coelestinum Quintum a
Cardinalibus existentibus apud Perusium
et coronatus apud Aquilam civitatem
Terrae Abrutii, e tam intrante novembri Qui Papa Coelestinus eo-
dem anno die XIII intrante Decembri
renunciavit Papatum in manibus Cardi-
nalium Neapoli. Eodem anno corona-
tus fuit Bonifacius Papa, cui prophe-
tatum fuit per Papam Coelestinum
quod regnaret ut leo, intraret ut
vulpis, moreretur ut canis, quod
totum verum fuit. Chron. Iul.

1294 8 Augusti in Portugruario

Bernardus de Zuccola Decanus Civita-
tensis et Praepositus Capituli Concordien-
sis constitutus in praesentia D. Jacobi Epi-
scopi Concordiensis conquestus fuit [illegible]
ipse Episcopus propria auctoritate mandavit [illegible]

laverit quod nullus Prelatus Ecclesie Con-
cordiensis debeat percipere aliquid de cam-
pa Capituli nisi resideat in eadem Ec-
clesia contra ordinamentum ipsius Capituli
in quo statuitur quod licet administra-
tionis quam olim Prepositus habuerat, suam
retinuerit Prebendam et eius fructus perci-
perit non tam in presentia quam in
absentia.

Conqueritur dictus quod cum ipse D.
Episcopus esset adhuc in minoribus con-
stitutus procuravit eligere Ottonellum
nepotem suum in Canonicum Concordien-
sem contempto Preposito et non citato
et postea quam fuit confirmatus Episco-
pus dedit eidem Ottonello fructus ple-
bis de Lucenico que sunt Capituli et
quamvis non Canonico dedit vocem in
Capitulo. Quapropter protestatur et suppli-
cat quod revocet dicta mandata se-
cus sentiens se indebite gravatum, ad
D. Patriarcham, et si opus fuerit ad D.
Papam appellat. Dominicus not. c.c.f.c.

1294 21 Septembris

D. Rabalinus de Villalta facit suum
procuratorem D. Cianni Petrali de Flo-
rentia ad exigendum a Commune Fal-
trensi mille ducentas et quinquaginta

librat nomine et ratione sui salarii pro capitanaria Tolmenii. Not. vol. Baldanus

1294 26 octobris Utini

D. Raymundus Patriarcha omnibus vere penitentibus et confessis qui Sacerdotes ad infirmorum communionem Corpus Christi sanctissimum deferentes cum debita humilitate et devotione eundo et redeundo fuerint comitati, decem dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxat. A.c.c.a.

1297 14 novembris

D. Artuicus de Castello cum adiutoribus suis, scilicet D. Federico de Varmo, D. Simone de Cucanea, illis de Polcinico, D. Francisco de Rivarotta, et [illegible] aliis, depredatus fuit D. Iohannem de Zuccula occasione bonorum q.m D. Vallispertoldi de Spegnemberch, quia ipse D. Artuycus volebat medietatem propriorum tam castellorum quam etiam familie, eo quia uxor ipsius D. Artuici tantum fuit D. Vallispertoldo, quantum D. Iohannes de Zuccula. Verumque ipse D. Iohannes de Zuccula facta sua congregatione, videlicet cum omnibus illis de Villalta, de Prata, de Rifimberch, de Prampercho, D. Iohanne et D. Vitulino de Portis, et aliis quam

daribus, et ceperunt depredare ipsum D. Antuy-
cium, et suos adjutores pro posse similiter
In adjutorio vero ipsius D. Iohannis mise-
runt Tergestini bene ducentos pedites qui
venerunt Civitatem, et iverunt Zuccolam un-
decima die intrante Decembri. Et tunc die
tertio subsequenti scilicet in festo S. Luciae
Ipsi pedites cum illis de Villalta, de Prata,
de Prampercho de Rifembercho et de Pyetra
pelosa, et cum filiis D. Arquini de Varmo
unusquisque cum toto posse suo intrave-
runt villam Fagedis cum D. Odoricus de
Cucanea eodem eis aliam cum undecim
et municionibus ac patefactis et reseratis
intraverunt una cum eo villam predic-
tam, et ceperunt Dominos Thomasium,
Varnerum canonicum Civitatis de Cuca-
nea, Rubeinum filium D. Francisci de Sa-
vorgn., Stefanum de Fagedis et alios, et
duxerunt eos ad Sprygemberch, et eos illic
in vinculis tenuerunt preter D. Thomasi-
um qui dimissus fuit precibus communis
Civitatis, nec non bonis securitatibus fac-
tis super hoc quod partem adjuvaret in
dicta verra. Deinde ceperunt omnes cum
incurre domos massariorum, villas succeden-
et etiam homines capere quod erant de parte
et facere omnia mala. Chron. Iul.

1294 21 Decembris Utini

D. Raymundus Patriarcha concedit et donat Uccillutto de Utino far vam in villam Utini in loco qui dicitur sanvina versus portam qua itur Glemonam, ubi dictus Uccillut tus ceperat edificare cellam in qua habitarent quedam mulieres religiose que sub beati Francisci et beate Clare ordine Domino perpetuo famu larentur ex Lupico A.C.U.C.

1295.

D. Leo Episcopus Cenetensis consecratur Utini in Ecclesia S. Odalrici per D. Raymundum Patriarcham assistenti bus Dominis Iohanne Emonensi et Simone Iustinopolitano Episcopis et, in ipsa consecratione, D. Marcus Prepositus S. Petri de Carnea sedentes in terfuit et immiscuit se Divinis A.C.U.C.

1295 3 Ianuarii Utini

D. Raymundus Patriarcha mandat Dominis Matheo Polensi et Iohanni Emonensi Episcopis quatenus in eorum Ecclesiis denuncient publice contuma cem et ab ingressu eius Ecclesie sus pensum D. Ulvicum Episcopum Paduanum eo quod pluries citatus et pro

aliam coram D. Patriarcha responde-
ret Capitulo Civitatensi supra quadam
obligatione de qua se obligatum
confessus fuerat dictus expectatus
minime comparuit Ramedus vel Acius

1295 15 Februarii

Domina Abbatissa monasterii Aqui-
lejensis investit Andream et fratres
q.m D. Jacobi, de certis feudis cum one-
re unius prandii et albergi quan-
do vadit Tergestum. ex Vallen. Bellonar.

1295 8 Aprilis

D. Venit in subsidium D. Artuici
de Castello D. Gerardus de Camino cum
magna multitudine hominum, equitum
et peditum, nec non et curruum,
et obsedit Castrum illorum de Valla-
ta nomine Varianum octavo die in-
trante Aprili cum omnibus illis qui
erant de parte; quod quidem Cas-
trum cum machinis et aliis edi-
ficiis expugnabant. sed videntes
intrinseci, quod se defendere non
valebant, eis ipsum castrum dede-
runt die tertio subsequenti, tali
pacto, quod sani et salvi sua de-
ferrent cum omnibus bonis, quae
asportare valuerunt de ipso Castro.

quod ita factum fuit. Deinde die Crastina D. Biachinus de Villalta timens, ne ipsum castrum diruerent, et ne sub Villalta venirent ad vastandum et destruendum, venit ad loquendum D. Gerardo de Camino et dixit quia volebat tractare de concordia et pace si posset, et ita siluerunt partes et fecerunt treugas et finaliter fuerunt concordes hoc modo In vigilia S. Egidii, quia castrum Variani restitutum fuit illis de Villalta, et illi qui fuerant capti Fagadis dimissi fuerunt hoc pacto etiam habito inter eos, videlicet quia D. Artuycus de Castello elegit duos suos amicos D. Leonardum de Avarroco, et Franciscum de Rivarotta et Iohannes de Zuccula elegit D. Henricum de Prampergo et D. Quarcinum de Civitate pro suis amicis, et quod isti quatuor deberent videre iura utriusque partis usque ad festum S. Petri, et si eas concordare non possent, deberent ipsi quatuor eligere unum quintum amicum, et si non possent in quinto amico eligendo se concordare, tunc ille de Zuccula deberet facere restitui castrum de Variano illi de Castello; et ille de Castello debebat qui fuerant capti Fagedis similiter facere redire ad Spegnembergum,

ut prius fuerant in carcere, et hoc sub
pœna sexaginta marcharum de bono
proprio ad usum curiæ devenienda
parti quæ prædicta observaret, si con-
cordes esse non possent ut dictum est
et de attendendis et observandis omni-
bus prædictis factæ fuerunt bonæ secu-
ritates per ipsas partes una alii, et
instrumenta, et factæ fuerunt treugæ
inter eos usque ad festum Purificatio-
nis S. Mariæ sub pœna mille mar-
charum: et omnia hæc facta fuerunt
super ripam Cormoni, præsentibus
D. Raymundo Patriarcha, et D. Edoar-
do de Camino, et aliis pluribus nobi-
libus chron. Jul.

1295 10 Aprilis Utini

D. Raymundus Patriarcha man-
dat universis Gastaldionibus et officia-
libus suis ~~mandat~~ quatenus de fac-
to massariorum Decani et Capituli
Civitatensis se intromittere non de-
beant. Si enim massarii dicti De-
cani et Capituli ad ejus exerci-
tum non iverint, sicut debent
ipsos pro banno ordinabit penitus
pignorari super quo Inquisitori pro-
cul dubio pertinendum faciet. Act. O

1295 22 Aprilis

Cum super quaestionibus vertentibus inter D. Artuicum de Castello ex una parte, et D. Iohannem de Zuccula ex alia occasione bonorum D. Valterpertol. di de Spegnimbergo facta fuerit pac. ta inter eos et firmata publicis instru. mentis: D. Raymundus Patriarcha promi. sit stipulatione solemni quod totis viri. bus adjuvabit partem observantem pac. ta praedicta contra partem non obser. vantem. Alberti not. C.C.F.C.

1295 11 maii Apud Portumgruarium

Mardabrunus de S. Vito ut Nuncius datus per sententiam posuit in pos. sessionem per annum et diem sine tamen usufructu Castellanum Malacridam de Mediolano habitatorem S. Viti pro. curatorem D. Patriarchae, de jurisdictione temporali et Regalibus Episcopatus Con. cordiensis et hoc quia D. Iacobus Epis. copus elapso anno post ejus consecratio. nem non petierat investiri per D. Patriarcham. Ex Lupis C.7.a

1295 13 iunii Anagniae

Bonifacius octavus Pontifex significavit Episcopo Ferrariensi, nec non Abbati Mona. sterii S. Bartholomaei et Rudolo de Contra.

ciis Capituli dicte Civitatis Canonico quod
cum Raymundus Patriarcha Aquilejensis
in suo synodali concilio duxerit statu-
endum ut nullus aliquas terras, posses-
siones vel quecumque alia bona eccle-
siastica presumeret occupare vel quo-
modolibet retinere in omnes et singu-
los qui contrafacerent excommunica-
tionis sententiam promulgando; ac pre-
tendens minus veraciter quod Potestas,
capitaneus Consilium et Commune Tar-
visii quasdam villas possessiones, mo-
nachorum de Plebe Tarvisine Diocesis et
non nulla alia bona ad Ecclesiam Aqui-
lejensem spectantia, occupassent ac per
consequens dictam sententiam incur-
rissent, ipsos et singulos homines dic-
te civitatis fecit nominatim excommunicatos pu-
blice nunciari ac civitatem et Dioce-
sim Tarvisii Ecclesiastico supponi in-
terdicto. Ita propter ipsi statim hoc
ad eorum notitiam res pervenit ad
Apostolicam Sedem appellaverunt. Man-
dat igitur supradictis Episcopo, Abbati et
Canonico quatenus vocatis partibus et
auditis hinc inde propositis, quod jus-
tum fuerit decernant et faciant quod decre-
verint auctoritate Apostolica observari.
Verci. 375

1295 24 Junii in Utino

Carsimanus Gastaldio D. Alberti Comitis Goritie et Procurator Concordiensis Episcopatus in platea Utini constitutus pro se et universis Zenormanis et habitatoribus Utini ex parte D. Iacobi Episcopi Concordiensis et D. Alberti Comitis Goritie in signum fancti et propositi ut treguam factam inter D. Episcopum predictum et illos de Pulcinico usque ad octavam diem post festum S. Petri nuper venturum tenere debeant salvo quod per unum bovem aut vacham quam accipiant non debeant treugas infringi.

Aylianus Not. [illegible]

1295 12 Iulii in Civitate Austrie

D. Bertoldus de Cucanea tutorio nomine filiorum q.m D. Odorici fratris sui fatetur quod ille possidet partem Turris Utinensis de qua idem Odoricus fuerat investitus ad rectum habitantie quod semper die ac nocte D. Patriarche et successoribus eius apertum esse debet prout alie habitantie Forojulii. Ex Valter. Bellonus

1295 8 Augusti

Pro hominibus de Anaglis investitura D. Patriarche de medietate montis de Avianetis, solvendo annuatim quinque

sedecimas casei, quatuor honores et viginti quatuor denarios Aquilejenses. Cujus mansi aliam medietatem pro indiviso dedit dictus D. Patriarcha Marquardo de Villa Lavagis ex Valtiero pellonis

1295 10 Augusti, Utini

Coram D. Raymundo Patriarcha in generali Colloquio Prelatorum Nobilium et Communitatum Patrie Forojulii ordinatum et deliberatum fuit: quod si unus homo de masnata acceperit in uxorem unam feminam Aquilejensis Ecclesie et secum habuerit heredes, dicti heredes debent esse totaliter Aquilejensis Ecclesie: sed si dicti heredes nutriti fuerint super bonis illius Domini cujus servus pater est servus quousque ad etatem legitimam pervenerint tunc debent dividi in hunc modum scilicet quod medietas sit Ecclesie Aquilejensis et alia medietas illius Domini cujus pater est servus

Preterea determinatum fuit quod D. Patriarcha debet imponere super quolibet manso ascentato de Forojulio et de Carnea quatuor denarios Aquilejensis monete ad faciendum aptare

stratam Aquileję per homines de
Strassau. Osualdus Vol. cc. fo.

1295 26 Septembris Utini

D. Candidus de Tricesimo vendit
D. Raymundo Patriarchę pretio qua-
tuor centum octoginta marcharum
jure proprii medietatem Castri Tri-
cesimi cum toto burgo et me-
dietatem montis dicti Castri a pla-
no usque ad summum et cum
toto introitu burgi et dictę me-
dietatis montis et cum toto fossato
ac parte quę fuit D. Asquini fra-
tris sui, nec non mansos et pos-
sessiones in instrumento exinde con-
fecto specificatas. Ex Lupico. C. P. c.

1295 9 Novembris Utini

Magister Johannes Normanus me-
dicus D. Raymundi Patriarchę et Ple-
banus Plebis Marani pro sexdecim
marchis Aquilejensis monetę locat
hinc ad duos annos redditus et
proventus suę Plebis Ancilotto de Utti-
no. Ex Lupico A. c. c.

1295 28 Novembris Romę

Bonifacius Octavus Pontifex personas
et locum monasterii S. Clarę Civitatis
Austrię suscipit in protectionem S. Pe-
tri et Sedis Apostolicę ac possessionem

bonorum omnium ad dictum Monas-
terium spectantium confirmat. A. d. u. c.

1295 25 Decembris Aquilegię

F. Raymundus Patriarcha compatiens
defectibus et paupertati hominum et villę
de Sopada in Gastaldia Carneę concedit
Decanum et homines dictę villę re-
mittit de omnibus mansis et terris
ejus territorii ita tamen quod sol-
vant ex nunc in antea D. Patriarchę
et Ecclesię Aquilejensi duplicem fictum
scilicet octoginta libras Veronensium
parvorum et de omnibus angariis
atque oneribus quocumque nomine
censeantur eos absolvit. Ex Cap. U. T. I

1296 3. Januarii Aquilegię

F. Raymundus Patriarcha mandat Mas-
tabiis de Selara quatenus nullum homi-
nem de Venzono vel alium quemcum-
que sine bolletta Glemonę per Clusam
extra terram Forojulii nec vinum, nec
mel nec oleum conducere permittant
alioquin eos ab officio colligendi mutam
ammovebit. Mandat insuper ut eum
homines et Commune Glemonę transmi-
serint ante homines apud Clusam il-
los pro custodia dicti loci recipere
debeant transitum vel A. c. u. c.

1296 10 ianuarii.

‡ Venerabilis Pater et Dominus Raymundus Patriarcha in palatio Aquilegiensi sic cassavit omnes electos et receptos in canonicis civitatensis Ecclesie, quia non erant confirmati per Curiam Romanam vel per ipsum Patriarcham. Chron. Iul.

1296 23 ianuarii Glemone,

Prioressa s. Agnetis de super Glemona rogavit Vicarium s. Marie Plebis de Glemona ut ipse amore Dei ac beate Marie Virginis et omnium Sanctorum, ac ob reverentiam D. Patriarche, et D. Gregorini Plebani Glemone, quibus de predicta Ecclesia annuum censum ipsa solvebat, oblationes et elemosinas factas in dicta Ecclesia eis non auferret. Qui Presbiter respondit quod faciebat de mandato predictorum Patriarche et Plebani nam ipsi illud altare ei dederant et erat suum. Cumque missa celebraretur per ipsum Presbiterum usque ad Offertorium dicta Prioressa misit Sororem Bertam ad accipiendum oblationes more solito, et dictus Presbiter videntes illam trahebat et accipiebat

oblationes et hoc fecit pluribus vicibus [illegible]
ita quod ipsa Pesta contradixit et ex [illegible]
parte sua et predictorum Decanorum Pa-
triarche, et Plebani et hanc violentiam [illegible]
sic non inferret. At Presbiter ne ipsa
Pesta oblationes non acciperet posuit
eas super sacrum corporale et dicta [illegible]
Pesta non fuit ausa tangere corporale [illegible]
et sic oblationes dimisit. Franciscus de Laude [illegible]

1296 9 Februarii Aquileie.

D. Raymundus Patriarcha jubet re-
novari et transcribi Privilegium jam
vetustate consumptum quod Gregorius
Patriarcha ejus precessor investivit ho-
mines de Reana de terris ad Crema-
niam pertinentibus ita tamen quod
centena Reane debeat esse libera a
qualibet persona et insuper de centena
et aliquis quodcumque campis sibi in
territorio dicte ville in loco qui di-
citur Tavella relato solvendo D. Pa-
triarche et ejus successoribus annuum
censum. Ex Copia A.C.A.C.

1296 16 Februarii Aquileie

D. Bucca Episcopus Tergestinus per-
mutavit et dedit in cambium D.
Raymundo Patriarche omnem suum
fructum et totum jus decimale

quod habebat in Terra et Districtu
Mugle tam in castro et burgo quam
extra, tam bladi, quam vini et salis,
et tantum illud quod sibi acciderat per
obitum D. Ulrici de Mirullano, quam
illud quod sibi usurpabant D. Johan-
nes et D. Artuicus fratres de Mi-
lano; pro omnibus temporalitatibus
spectantibus ad Ecclesiam S. Canciani
de ultra Isontium Aquilejensis Diocesis,
et pro mille et ducentis libris vene-
torum parvorum in supplementum et
recompensationem ejus quod dicta tem-
poralia minus valebant. Talia [illegible]

1296 11 Martii

D. Gerardus de Camino recognovit
habere in feudum jure census more
Terre Forijulii a D. Raymundo Patri-
archa Aquilejensi castrum S. Cassia-
ni [illegible] cum burgo Terre Serravalis,
Castrum Raganzuoli et Castrum
Cavolani cum omnibus villis, mansis,
[illegible] possessionibus et jurisdictionibus
ad dicta castra pertinentibus, de quibus
D. Patriarcha eum investivit. Ital-
dinus, Not. [illegible]

1296 13 Aprile in Civitate Austrie

Electionem in Canonicos Ecclesie Civi-

tatentis de nobilibus viris Dominis
Castono de la Turre Canonico Aquile-
jensi, Claudino de la Turre Pleba-
no S. Michaelis de Suna, et Napino
filio D. Mosche de la Turre, factam
per D. Bernardum Decanum et Ca-
pitulum Civitatis Austrie D. Raymun-
dus Patriarcha confirmat. Ex Copia. M.V.C.C.

296 25 Aprilis in civitate Austrie

Beatricus scriba D. Alberti comitis Go-
ritie guardiavit et promisit in ma-
nibus D. Raymundi Patriarche de hinc
ad tres ebdomadas proximas ventu-
ras solvere et dare integre et sine
diminutione aliqua massario Episcopi D
Patriarche de Tricesimo quantum ipse
massarius dixerit sub sacramento co-
ram D. Guillelmum de la Turre Gas-
taldione de Abens, bona sua valere
que D. Albertus comes Goritie sibi au-
ferri fecit. Ex Copia. M.C.LL.C.

1296 3 maii in Civitate Austrie

D Raymundus Patriarcha cum quodam
capucio manu propria investit D Leonem
dictum Bavarum de Varmo de omni
feudo quod recte et legaliter ipse et
sui antecessores habuerunt ab Ecclesia
Aquilejensi recipiens ei sub debito fide-

sibi juramenti et amissione feudi; et hinc ad quatuor hebdomadas debet sibi in scriptis feudum predictum. ex Cop. Utino

1296 22. Maii. Apud Scharfemberch.

Attendens grata et accepta servitia que Arpuchus de Tulmino sibi et Ecclesie Aquilejensi exhibuit, D. Raymundus Patriarcha contulit eidem ad rectum et legale feudum unum mansum situm in Zamprano super montem Falconem ex Copia A.X.u.a

1296 9 Junii Glemone

D. Raymundus Patriarcha ~~quondam~~ presbiterum Iacobum de Glemona multiplicibus culpis reum his penis mulctavit videlicet

I Per sex menses proximos venturas cessat a Divinorum celebratione

II Usque ad unum annum et Kaldarna dde, qualibet sexta feria jejunet in pane et aqua.

III Infra ipsum annum qualibet hebdomada dicat unum Psalterium.

IV Postquam immiscuit se Divinis cum esset irregularis vadat ad Romanam Curiam impetraturus beneficium absolutionis super ipsa irregularitate.

V Vadat ad Minorum Provincialem et impetret ab eo veniam de injuriis

illatis Ocddoni Fratrum Minorum super
eo quod delaverit oculos cujusdam Vir-
ginis Sancti Antonii apud Latisanam,
et impetrat litteras a dicto monasterio
dirigendas dicto D. Patriarchae, in quibus
continebatur quod ipsum vendiderit
dicto presbytero, Jacobo, cujusdam ste (?)
latas Oddoni memorato. Ex Reg. Pat. ...

1296 9 Junii in Castro Fagagnae

D. Raymundus Patriarcha investit
Bannessium habitatorem Fagagnae, de Domo,
jure suo tam recti et legalis feudi
quam habitantiae, praecipiens illi ut
hinc ad quatuor septimanas det sibi
in scriptis feuda praedicta. Ex Regis. Patriarcharum

1296 22. Junii Utini.

D. Raymundus Patriarcha investivit
Johannem q.m D. Conradi de Manzano
de jure suo feudi recti et legalis; at ... no-
noluit ab ipso recipere fidelitatis
debitae juramentum cum de ipso fecit
de contra eundem Johannem justam
se habere dicebat actionem. Ex Reg. Pat. ...

1296 24 Junii Utini

D Raymundus Patriarcha confitetur et
se multas recepisse a D. Phillippino de
la Turre Gastaldiane Custodis Utinensi
marchas Aquilejensis monetae, quas con-

rent fuerant in solutionem Papalis
Decimae. Ex Libro Actor.

1296 25 Iunii Utini.

Cum Nuncius datus per laudum
Curiae, D. Hermanno Abbati Monasterii
Sextensis ad accipiendum de rebus
Gualteripertoldi de Monteregali propter
res quas ipse et sua gens abstulerant
hominibus dicti Monasterii, retulisset
D. Patriarchae, in judicio sedenti quod
nihil invenerat: D. Patriarcha petiit
a circumstantibus quid inde fieri deberet
et per omnes sententiatum fuit quod
postquam res mobiles reperiri non
poterant, haberetur recursus ad bona
stabilia et possessiones dicti Gualteriper_
toldi usque ad satisfactionem condignam
et si bona stabilia reperiri non pos_
sunt, capiatur de persona. Ibid. [illegible]

1296 1. Iulii

In sententia lata per Arbitros inter
Dominos Sibellum, Aldonum et filios de
Monteregali ex una parte et D. Paneglo_
nem et nepotes ex alia similiter de
Monteregali occasione guerrae et discor_
diae quae erat inter eos statutum et
ordinatum fuit ut sequitur.

I D. Paneglonus et Nepotes rehabeant

suam partem Castri Montisregalis, et omnia alia eorum bona que habebant in villis Montisregalis tam in monte quam in plano

II D. Sibellus et filii possint aperire Castrum Montisregalis D. Iohanni de Zucula usque ad guerram finitam quam dictus D. Iohannes habet cum D. Antulco di Castello, prout Gualterpertoldus filius D. Sibelli promisit dicto D. Iohanni ita tamen quod nullum inferant damnum Pavegliono et nepotibus

III Si oriretur guerra in Patria Foroiulii, et partes vellent aliud facere, nullus eorum introducat aliquam personam suspectam in dictum Castrum Montisregalis

IV Nullus eorum possit vendere Castrum Montisregalis extraneis personis sed tantum inter se pro libris quinquaginta minus quam ab aliis invenirent.

V. Quilibet pars designet quatuor mansos in terris villis Montisregalis, scilicet in Calvaria, Evena et Malusito pro observatione dicte sententie, et in casu contraventionis mansi designati sint Ecclesie Aquilejensis. etc. etc.

1296 4 iulii

Arbitri electi ad definiendas questio_nes que occasione guerre et discordie et mortis hominum, et vulnerum combustionis domorum et incisionis vinearum et arborum, vertebantur inter Dominos Odolricum, Ulvarium et filios de Montereali ex una parte et D. Conradum et fratres et filios predictos de Montereali ex alia, facto compro_misso, et datis fideiussoribus hanc pronunciaverunt sententiam:

Remittantur iniurie et damna hinc inde illata. D. Conradus, fratres et nepotes habeant integre partem dicti castri prout Pater eorum et Patruus habebant. Contra_faciens cadat a parte sua in dicto Castro. Utraque pars designet sex man_sos in plebe Calavelli in observantia late sententie, ad hoc ut designati per contrafacientem cedant Patriarche, seu Eccle_sie Aquilejensi.

Et illico partes se signarunt et ve_nientes invicem iniuriis fecerunt pacem.

c. c. f. c.

1296 9 iulii in civitate Austrie

De mandato D. Raymundi Patriarche, conventi fuerunt in edificationem Eccle_

sie fratrum minorum de Civitate vigin-
ti marche denariorum Aquilejensis mo-
nete quas Benevenutus dictus Frisona
de Civitate Lant ordinavit in suo testa-
mento in satisfactionem male ablatorum
incertorum. iohannes iulianus not. [illegible]

1296 16 iulii Glemone

Nicolaus Jacobi Selvat de Glemona
promisit non bibere in taberna us-
que ad primam Dominicam Carnisprivii
sub obligatione duarum marcharum
Aquilejensis monete et sub obligatione
unius digiti non tam manus quam
pedis. Bartholomeus not. [illegible]

1296 16 iulii

D. Raymundus Patriarcha mandave-
rat Guilielmo de la Turre officiali suo
in Aviano quatenus ad se vocaret
homines dicte ville et una cum ipsis
recuperaret et sibi vindicaret omnem
iurisdictionem que ad ipsum ab Eccle-
siam Aquilejensem pertinebat et que
per negligentiam suorum officialium
remissius ibidem ~~[illegible]~~ exercebatur
et quia homines dicte ville non com-
paruerunt mandavit unumquemque
pro quadraginta denariis pignorari
et tandem ad petitionem D. Raymundi

de Prampergh per manum ipsa pignora
dedit retro

Verum ut fidem faceret de predic-
tis fecit in dicta villa Artenee publice
proclamari quod si quis vellet super hu-
jusmodi jurisdictione aliquid dicere, co-
ram D. Nicolao Archidiacono Polensi
comparere deberet.

Igitur D. Henricus de Prampergh, D.
Mathias de Glemona, Johannes Pirapanis
et communitas de Artenea rogaverunt dic-
tum D. Nicolaum Judicem sibi dici pro
quo ipse D. Patriarcha dicebat jurisdictio-
nem hujusmodi ad se pertinere, presertim
forsitan aut pro alio et pro parte D.
Patriarche fuit eis responsum, quod
dicta jurisdictio pertinebat ad ipsum pro
se et quod monstrare paratus erat.
Tunc per predictos replicatum fuit quod
jurisdictio curande et furcis ipsius cum ca-
pitulibus et libertatibus stratarum in dicta
villa bene pertinebat ad ipsum D. Patriar-
cham et ecclesiam Aquilejensem, verum
ponere Potestatem, decernere impositiones
super pane et vino, eligere juratos et
saltarios et statuere ea omnia que ad
ordinationem dicte ville spectabant, ad
ipsos et homines Artenee solummodo per-

tenebat. Et de his dicebant tenutam habuisse tempore D. Bertoldi et D. Gregorii Patriarcharum Aquilegensium et ipsius D. Raymundi, et nunc habere et sibi laudes monstrare poterant.

Quibus auditis, D. Raymundus Patriarcha dixit D. Nicolao judici quod nolebat quod super hoc alteram sententiam poneret, sed tenutam suae jurisdictionis ibidem habere volebat sicut ejus predecessor habuerat. Ex Vallero Bellunes.

1296 20 Julii Utini

D. Raymundus Patriarcha considerans quod de redditibus et proventibus Plebis de Lavoriano tunc vacantis per mortem D. Mathei de Malea, Plebanus et unus Clericus poterant decenter et commode sustentari statuit quod deinceps in perpetuum sint in ipsa Pleba unus Plebanus qui curam exerceat animarum et unus Clericus et quod unusquisque eorum habeat medietatem redditum et proventuum dictae Plebis et ideo Plebanatum ipsius Plebis contulit P. Napolioni Plebano de Flambro nomine fratris Ottonis de Sexto Ordinis Humiliatorum, et prebendam

clericatum D. Anselmo de la Turre Clerico nepoti suo, eumque de dicta Plebanatu et Clericali prebenda per suum anulum manu propria investivit. Ex Regestro A.C.U.C.I.

1296 1. Augusti sub Savorgnano.

Sententiatum fuit per Arbitros quod Roya que de aqua Turris de sub Savorgnano procedit et vadit per contratas villarum de Guillins, Remanzacho, Orzano et Cerneglons libera in perpetuum esse possit in usum et utilitatem dictarum villarum et molendinorum sitorum in ipsa Roya, hoc tamen pacto quod si Roya aliquando devastabitur hominibus predictarum villarum et omnes qui habent molendina in dicta Roya possint illam mutare et ponere a loco in quo nunc est super territorio Dominorum de Savorgnano ubi melius et utilius eis videbitur, quod aptent introitum et ductus dicte Roye et solvant Dominis de Savorgnano quatuordecim marchas Aquil. vet. A.C.U.C.I.

1296 2. Augusti Utini

D. Bartolomeus de Manzano promittit in manibus D. Patriarche, sub pena quadraginta marcharum Aquilegensis monete, non servire D. Ugoni de Duino nec Rodulfo in guerra quam nunc habent cum

D. Patriarcha, nec esse contrarium ...
Patriarche, aut suis. ex Lapide Aquileia.

1296 14 Augusti Utini

D. Raymundus Patriarcha investivit Gulielmum q.m D. Bernardi de Strassoldo de feudis quae pater suus et sui antecessores habuerant ab Ecclesia Aquilejensi praecipiens ei quod illa ad quaternum ... sibi in scrip. hic dicta feuda. nec recepit ab eodem Gulielmo fidelitatis debitum juramentum quia nondum erat in legitima eta.

Ex constitutes ex Lapide f. A. ..

1296 17 Augusti Utini

Odorlicus dictus Gross et Varda nates q.m D. Petri de Atems obligant se in manibus D. Raymundi Patriarche stare continue in castro D. Patriarche de Atems et habitare in eo ... loco et facere ipsum castrum custodire legaliter pro ipso D. Patriarcha, et suis Successoribus, et eidem eum dare pro ... quandocumque voluerit et eum aperire Castaldionibus et nunciis D. Patriarchae quandocumque fuerint requisiti. Promittunt insuper quod astabunt Castaldioni de Atems in defensione domus Aquilejensis; quod per ipsos nullum etc.

... venit de dicto Lacu contra honorem et statum Aquilejensis Ecclesiae, quod facient omnia alia quae habitatores domus Aquilejensis de jure facere tenentur nec ullum damnum inferent familiae Cornontiae et Cavimanis de rebus eo quod de mandato D. Patriarchae intraverant dictum Lacum, sub poena amissionis habitantiae, feudi et proprii. Odoricus not. A m.e.a.

1296 20 Augusti Utini

Stephanus Canonicus Procurator et nuncius fratris Iohannis Episcopi Paduani ejus nomine et Ecclesiae Paduanae, secundum modum de jure et de consuetudine approbatum inter Ecclesiam Aquilejensem, et secundum canonicas sanctiones, praestat D. Raymundo Patriarchae fidelitatis debitae juramentum. Ex Lupico A.X.a.b.

1296 1° Septembris

Pancratius de Vopacho fuit investitus per D. Raymundum Patriarcham ad rectum et legale feudum de sex mansis cum dimidio sitis in Lingenveld cum decimis ... de uno manso in Tauplach et in villa Sambor et Oberwald; de sex mansis in Kultzh

et duobus in Gueirzach Vallem Bellonę.

1296 3 Septembris

sententia arbitraria quod D. Comes Goritię dimittat Patriarchę Albonam, Flanonam, Vallem, Pinguentum, Bua castella et generaliter omnia alia castra et loca spectantia D. Patriarchę. item quod omnes stratę a loco Pontayba et a monte Crucis sint et currant liberę et apertę ad quemdam portum maris ad quem mercatores ire voluerint ex Valle Bellonę.

1290

Isti sunt defectus Terrę Sacili quorum ejus habitatores D. Raymundo Patriarchę exponunt et ostendunt, et ejus implorant auxilium et juvamen.

Terra Sacili posita in confinis Patriarchatus et multis circumcincta potentibus non est bene munita muris et spaltis imo in aliquibus locis ita patet quod vix est clausa. Praeterea ejus amplitudo adeo late extenditur et ejus habitatores ita sunt pauci quod sint insufficientes videntur ad veteres munitiones manutenendas, et sunt impotentes ad novas construendas

D. Bertoldus Patriarcha fecit construi in Sacilo molendina Ecclesiae Aquilejensis et in earum utilitatem et conservationem fecit fieri quandam rostam juxta murum et portam Ecclesiae; modo dicta rosta sic lacera est et in tali statu existit quod murus et porta praedicta quae sunt in parte illa magnae munitionis Terrae, ingentem minantur ruinam, et ipsa molendina maximum sentiunt detrimentum.

Curia Zapoltoi empta olim a Patriarcha Gregorio, non minus quam Curiae Victrici et Nepotis sunt loca quasi inhabitata nec sufficienter [illegible] Stoccata hinc ex illa parte magnum Terrae Sacili imminet periculum.

unus aut alter ex multis pontibus Sacili continuo indigent reparatione aliqua aut opere et illi ubi inveniunt lignos ad illos refitiendos ac instaurandos si nemus ullum non habent?

Patriarchae Aquilejenses multas habitationes dederunt habitatoribus Sacili ut ipsis servirent et praecipue in Terra Sacili. Nunc aliqui ex illis

negant hoc pacto habitantes habutere, aliquid vero non negant pactum, sed servire recusant.

Rivus vocatus Aurega qui erat terminus confinium Patriarchatus et terrarum Trevisanorum et D. Odorici de Camino per aliquos studiose sic fuit interceptus ut velut proprio alveo qui erat remotus a Terra Sacili nunc labitur per campos dictae Terrae propinquos et interdum pluviis hyemalibus actus large amne in Liquentiam defluit. Unde negliguntur et amittuntur termini confinium, jurisdictio Patriarcharum et Ecclesiae Aquilejensis restringitur, terrae inundantur, devastantur et destruuntur molendina.

Positi iuxta confinibus Marchiae et non longe a Venetiis a quibus sunt infeste banniti a Trevisinis pariter et a Venetiis depraedati et pignorati gravantur et in horas eorum conditio in pejorem partem mutatur.

Sequitur quod illi de Pravisdomo [illegible] Pulcenico et [illegible] [illegible] planes [illegible] eorum pascua et terras quasque excultas se arrogantes intrudent

et earum aviditas eo magis incalescit quanto ipsi in dies Ineptiores fiunt ad earum gravamena repellenda.

Orant igitur ut sic paterno subsidio Terre sue predicte, adesse velit et sic sollicita ac efficaci cura intendere ut ejus defectus in melius reformentur.

Sievert 299

1400

Vie Sacili squallent vacue et deserte et pauci admodum sunt dicte Terre habitatores ut ad eam tutandam non sufficiant, humiliter igitur supplicant D. Raymundo Patriarche quatenus homines de Vigonovo, que est villa juxta Sacilum posita, coarceantur facere cellaria sua Sacili et ibidem bona sua recondere et sic facti vicini dicte Terre, in qua antiquitus domos suas habebant ~~feudatarii jungant~~ et cui omni septimana in aliquibus deserviant fraternas jungant manus, et animos et socias se prestent ad defensionem patrie communis et Ecclesie Aquilejensis

. Quia mercatum omni septimana non habent rerum angustia premuntur et in necessariis interdum deficiunt Supplicant igitur habitatores Sacili, ut

D. Patriarcha ita disponere dignetur quod semel in hebdomada … unum generale ibidem teneatur quod facilius fieri poterit si cohiberentur illi de pedemonte et de villis circumjacentibus dicto mercato omnimodo intravere et si ad eos trajiciendos non deerit navigium.

Homines Canipe ter in anno te… nent mercatum generale ante portam Sacili in magnum damnum ac dedecus communem dicte Terre supplicant igitur humiliter quod illa tria mercata que eum ipsi custodiam suscipiant juris dictioni Terre Sacili supportentur sal… vis honoribus et utilitatibus ipsius D. Patriarche.

Terra Sacili Cartum Canipe et tota illa contrata lignorum ad communia et particularia servitia sufficientem defectum sustinent, quia nemora non habent, supplicant igitur quatenus speciali edicto constituatur omnes de partibus illis ut una cum ipsis de Sacilo etiam unum ad proximos montes parare debeant ita ut currus illuc accedere possint et ligna cujuscumque sint generis exportare ad communem utilitatem et

et usum: quae quidem via de facile fie-
ri poterit et sine magno dispendio com-
modo in hac parte ipsius D. Patriarche in-
venerat mandatum. Verci 390.

1296 12 Septembris

Capti fuerunt per homines D. Riz-
zardi de Camino et ducti postea ad
castrum Fraganee aliqui mercatores cum
quibusdam somis transeuntes per stra-
tam Patriarche que transit per mon-
tes Fasoli per iurisdictionem Castri Ca-
nipe in loco qui dicitur Cercenas
Quod cum audisset D. Gulielmus de la
Turre frater Gastaldio Canipe fecit sta-
tim capere aliquos de Conegliano
Unde inter D. Raymundum Patriarcham
et D. Rizzardum de Camino gravis dissen-
sio orta est et magnus rumor inter-
venientibus tandem bonis hominibus, res
aliqualiter mitigate sunt et causa ad
duos arbitros delata qui possit sequi
quae clarius indicarent limites iurisdictio-
nis utriusque partis eorum dederunt
et dimissis captivis partes illico reconcilia-
tae sunt. Verci 391

1296 20 Septembris in Civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha investit Johan-
nem de Medunio de duabus partibus cuius

dam mansi positi in Ayello ad feudum ministerii serviendi cum uno equo. ex Lupus AX u o

296 22 Septembris In Civitate Austria

Wardentus dictus Zachelach de Albana violenter accepit in villa Feletti quosdam boves et alia sua bona F. Iohanni de Zuccola. Vocatus in judicium non comparavit. Quapropter F. Raymundus Patriarcha dedit eidem F. Iohanni suum nuncium ad accipiendum de boni- et de rebus dicti Wardenti ad Buttrium, et ad satisfaciendum dannum Iohanni ex Lupus A. c u o.

1296 11 Octobris Utini

Iohannes F. Ambrici de Murucco .... in manibus F. Raymundi Patriarche omnem proprietatem que tam ratione patris quam matris ad eum spectabat tam in castro, quam in villa Muruzzi sive in domibus, sive in aliis quocumque nomine censeantur. Qua refutatione recepta F. Patriarcha dictam proprietatem prefato Iohanni confert et cum quodam capucio eum investit de eadem ad feudum habitantie iuxta consuetudinem Terre Foriiulii Lupis A. B. a. o

1296 2 Novembris

Commune et homines de Civitate Austrie, ex una parte, et Domini de Villalta pro se et eorum fautoribus ex alia promittunt coram D. Raymundo Patriarcha servare invicem inter eos firmas treuguas usque ad festum nativitatis Domini proxime futuram sub obligatione omnium eorum bonorum et sub pena ducentorum marcharum. Quo facto D. Patriarcha committit D. Nicolao de Tarvisio et D. Petro Gastaldioni Utini quatenus statutis limitibus decernant a territorio Dominorum de Villalta illam communeam de qua erat questio inter eos videant si possint eos concordare, volens quod quidquid per dictos arbitros ordinatum et terminatum fuerit debeat a partibus inviolabiliter observari. Ex Lupico A.B.U.a

1296 30 Novembris Utini

D. Raymundus Patriarcha cum quodam capucio manu propria investit Danielem q.m Martini de Sancto Daniele de duobus feudis mansibus que sui antecessores habuerunt ab Ecclesia Aquilejensi, idest una partem ni liberas, et alio servidendi cum lodevia et amanavia ad lignamina laborandum iuxta consuetudinem Aquilejensis Ecclesie ex Lupico A.B.U.a

1296 1° Decembris

Ex allegationibus contra Tarvisinos per D. Raymundum Patriarcham productis collectis

c.° 1.

Constitutiones in majori Ecclesia Aquilejensi conditas anno MCCLXXXII fuisse per omnes Episcopos Suffraganeos in eorum Ecclesiis publicatas, et maxime per D. Tolbertum Episcopum Tarvisinum qui in primo anno et in sequentibus in suis synodis eas promulgavit et omnibus iisdem contravenientibus notas fecit

Monasterium de Plavis positum in districtu civitatis Tarvisii spectat ad D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem in spiritualibus et temporalibus suum vigore concessionis et privilegii omnium transferentium tunc cujusdam laudi et praecepti D. Ugonis Episcopi Senensis et vicesgerentis Apostolicae Sedis Legati anno MCCXXI editi et pertinaciter a Pontifice confirmati. Exinde Patriarcha Aquilejensis electionem Abbatis per monachos dicti Monasterii confirmat et corrigit et visitat monachos et monasterium.

Locus de Medadis cum ejus curia

spectat pariter ad Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem ratione imperatorum privilegiis Pontificum decreto, uti dicti Apostolicae Sedis Legati et a quinquaginta annis in [illegible] habuit.

Villa Crucis quae posita est secus Plavim et est de pertinentiis loci et Curiae de Medadis olim per D. Patriarcham Gregorium data fuit et concessa cum omnibus suis pertinentiis Hospitali .. Mariae Cruciferorum; quibus Patriarcha Gregorius concessit etiam de gratia speciali eidem Hospitali ut pro aedificiis in dicta villa laborandis et pro faciendo igne ibidem acciperet ligna de nemoribus Sacilensi. Nunc sunt jam triginta anni dicta villa per Patriarcham et homines Taur[illegible] qui fuit dicto Hospitali ablata. Vide 387. 388. 396

1297 4 ianuarii Aquilejae.

D. Raymundus Patriarcha statuit quod deinceps perpetuo sit unus Plebanus et unus Clericus in Ecclesia Tricesimi, et quod medietas redditus et proventuum est Plebani et alia medietas Clerici. [illegible]

1297 13 ianuarii

✠ Henricus filius D. Alberti Comitis Goritiae diffidavit Reverendum Patrem D. Raymundum Patriarcham Aquilejensem, cum

erat Aquilejae Patriarcha praedictus: et fecerunt uterque inter se magnum dam-
num circa [illegible].

1297 27 Ianuarii

✝ Fuit inceptus fossatus burgi S. [illegible] fodere [illegible]

1297 10 Martii. in palatio S. Viti

Tres magistri lignaminum de S. Vito fuerunt contendentes cum D. Raymundo Patriarcha quod laborabant trabes ipsius D. Patriarchae, incisas in silva de Brazia et dolabant ipsas trabes cum manaria et dolabra et faciunt ipsas quadratas et sane politas secundum quod in laboreria debent poni D. Patriarchae, tenentes ipsas quanto plus poterunt grossiores, et quaelibet ~~dictarum~~ dictarum trabium erit in longitudine triginta duorum pedum. Patriarcha autem solvit et dabit cuilibet dictorum magistrorum pro qualibet trabe sic laborata et completa quadraginta denarios Aquilejensis monetae. Luporo. A.C.A.C.

1297 6 Aprilis.

D. Sammorellus de Aranspurch investitur a D. Raymundo Patriarcha ~~ad rectum et de~~ ad feudum habitantiae de quatuor mansis in Tosach et quatuor in Corach et de una domo in castro Arisperch. investitur pariter

ad rectum et legale feudum de duobus man-
sis in villa Slavin, de duobus in villa
Avenspach, de undecim mansis in villa
Rachichnich cum decima in Mattersdorf,
de octo mansis in villa Sanch, de quatuor
in villa Purdorf et totidem in villa Lau-
dan. investitura de villa Nicosiach, de villa
Machers Kastella et de villa Biliach quae
omnes sunt pustotae, item de quinque man-
sis in villa Porternich, et de decem man-
sis in villa Svoblek. Denique investi-
tur de feudis quae hereditantur a mascu-
lis et a feminis videlicet de loco et
villa de Arpe cum omnibus suis pertinen-
tiis, de uno manso in villa de Flambro,
de sublev de villa Iavenich cum moren-
dino et omnibus suis pertinentiis, de uno
manso et dimidio quae apparet domini
Rodulphi prope Flambrum, et de uno
manso appellato Prosu prope Flambrum
ex Valtero Fellonum

1297 9 Aprilis, apud Tulmenium.

R. Raymundus Patriarcha investit
Guarnerium q.m Morandi et consortes
de Arvanz de feudis recti et lega-
libus quae habebant ab Ecclesia Aqui-
lejensi. ex Lupico A.V. a. 6

1297 21 Aprilis in Palatio suo

R. Raymundus Patriarcha investit ad

et rectum et Popolo. feudum Thomasium q.m Gregorio de Campa de infrascriptis bonis per eum datis in scriptis videlicet de duabus petiis terre jacentibus in loco dicto Barsada in districtu Camporegi de uno prato in Canedo, de dimidio prati prope ripam Canedi, de uno prato post castrum Campe simul cum castenaris, de una campa in Roncho, de uno prato in valle S. Michaelis, et de una campa in districtu Hospitalis prope Sacilum. Ex Capit. Utini

1297 27 Aprilis Sacili

D. Raymundus Patriarcha concedit Gregorio Notario de Campa facultatem reedificandi et reparandi Ecclesiam S. Salvatoris sitam post castrum Campe a longis, et vetustatis temporibus desolatam et dirutam. Capit. Utini

1297 27 Aprilis Sacili

Cum Gregorius Notarius de Campa Ecclesiam S. Salvatoris positam post Castrum dicti loci opere sumptuoso reaedificare intendat et ad id consumandum ejus facultates non sufficiant D. Raymundus Patriarcha omnibus vere poenitentibus et confessis qui in ejus auxilium venerint, vel propriis manibus laboraverint quadraginta

dies de iniuncta sibi penitentia misericor-
diter relaxat. Ex Lapide. A. 8. u. o.

1297 24 Aprilis Sacili

D. Raymundus Patriarcha D. Suidotto
de Tenchero confert Potestariam Sacili
et Gastaldiam Canipe a festo S. Georgii
proxime preterito ad unum annum com-
pletum et eum manu propria de ipso
investit. Ex Lapide A. 8. u. o.

1297 24 Aprilis Sacili

D. Raymundus Patriarcha investit Pa-
ganinum q. Marche de la Turre de Potes-
taria Civitatis Aquileje, et de Gastaldia Aqui-
le a festo S. Georgii proxime futuro
ad unum annum completum. Qui D. Paga-
ninus Potestas et Gastaldio solvat pro
honorantiis dicto D. Patriarche quadraginta
duas marchas Aquilegensis monete. Ex La-
pide A. 8. u. o.

1297 29 Aprilis Sacili

D. Raymundus Patriarcha investit Gua-
linum de la Turre de officio Gastaldie
de Marano a festo S. Georgii proxime fu-
turo ad unum annum continuum. Ex
Lapide A. 8. u. o.

1297 29 Aprilis Sacili

D. Raymundus Patriarcha investit Pau-
lum q. Lanzeroti de Canipa de jure

suo recti et legalis feudi quod sui antecess_
sores habuerunt ab Ecclesia Aquilejensi dicen_
dans ut sub debito praestiti juramenti asse_
quat sibi in scriptis infra quatuor septima_
nas dictum feudum. Ex Lapide A.X n.o.

1297 6 maii Glemone

D. Raymundus Patriarcha investit Wol_
vienum q.m Raimari de Avensperch de pu_
re suo recti et legalis feudi et feudo
habitantiae quod pater et sui Antecessores
habuerant ab Ecclesia Aquilejensi, recepto
ab eodem Wolvino tamquam ministeriali
Ecclesiae Aquilejensis tam pro feudo lega_
li quam pro feudo habitantiae fidelitatis
debitae juramento Ex Lapide A.X n.o.

1297 7 maii in Civitate Austriae

D. Hermannus quondam D. Duranghi de
Ragonea fatetur se et domum suam
habere a D. Patriarcha et Ecclesia Aquile_
jensi pleno feudo recto et legali cum
jure quod quandocumque et quotiescum_
que aliquis de ipsa domo est in Curia
D. Patriarchae Aquilejensis accipit favendum
quod valet de his quae deferuntur coram
ipso D. Patriarcha, et quando plures de
domo sua contingit esse in Curia, ma_
jor eorum utitur illo feudo, seu accipit
illud servitium. Ex Vallera Bellonus

1297 19 maii Glemone

R. Raymundus Patriarcha investit jure feudi habitantes Aquinum de Buja et Camevellum ejus filium de quadam terra vacua sita sub castro Buja quae tenet se cum terra dicti D. Patriarchae, ut construeret in ea unam domum ex lapide A.X II.O

1297 22 maii

in quodam campo Raynerii de Staulis de Glemona qui parum distat a monte in quo surgebat castrum de Grossemberch juxta viam publicam per quam itur ad Hospitale de Collibus de Glemona, D. Raymundus Patriarcha coram pluribus testibus et circumfluente populi multitudine copiosa tendens manum dexteram ad quandam perticam in cujus summitate fixa erat quaedam crux ferrea et stans in praedicto campo dixit: Nos ad honorem Dei et gloriosae Virginis Mariae matris ejus et Beatorum martirum Hermagorae et Fortunati Patronorum nostrorum, et ad honorem, statum et exaltationem nostram et Ecclesiae Aquilejensis, et commodum omnium subditorum nostrorum et

dicto Aquilejensis Ecclesie, figimus et
figi precipimus hanc perticam cum si-
gno sancte Crucis in hoc campo in
signum quod hic volumus, dante Do-
mino, construere, et constitui facere
quamdam Terram et forum novum
nomine Aquilejensis Ecclesie, quod
Milanum Raymundi volumus et
statuimus nuncupari.

Et predictam perticam cum Cruce
figi fecit in campo predicto. Ex La-
pice A. 7 u o.

1247 24 maii in Sarphemberch

D. Raymundus Patriarcha in presen-
tia D. Cauriole Abbatisse Monasterii Aqui-
lejensis mandat Ambaxatoribus Potesta-
tis et Communis Aquileje, quatenus
nil facere debeant in bonis dicti Mo-
nasterii pro quibus est discordia inter
eos et nullam violentiam Abbatisse pre-
dicte et Monasterio inferant quovis
et quod in suam protectionem susci-
pit. Denuntiat excommunicatos universos
sos et singulos qui manus temere vio-
lentas injecerunt in Abbatissam et Mo-
niales dicti Monasterii et vult eos ne-
que ad satisfactionem condignam ab om-
nibus evitari. Committit denique Pagano

Aquilejensis, et Bernardo Civitatensis Eccle-
siarum Decanis, nec non Henrico de Por-
tis et Petro utrimi Gastaldionibus ut
protinus vadant Aquilejam et super
causis dictis discordiis ibidem inquisi-
tionem aperiant et referant ut quae-
stionem definiat prout justitia suadebit.
ex Lupico A.G.M.C.

1297 29 maii in Savphemberch

R. Raymundus Patriarcha investit
Albinum q.m Henrici Gastaldionis de
Tivan de recto et legali feudo quod
pater ejus et sui antecessores habuerunt
ab Ecclesia Aquilejensi. ex Lupico A.X.D.O.

1297 29 iulii utini

Cum Plebem Tulmini cum omnibus
mansis, decimis tam vivorum quam mor-
tuorum et Ecclesiis cum dotibus et ju-
ribus earundem et aliis juribus ad
ipsam Plebem spectantibus, R. Raymundus
Patriarcha Decano et Capitulo Ecclesiae
Civitatensis duxerit dimittendum.
mandat Phylo. de la Turre Gastaldio-
ni Tulmini et ejus nepoti quatenus
deinceps de praedictis nullatenus se in-
tromittat, possessionem ipsarum dicto
Decano et Capitulo libere dimittens ac
faciens procuratori eorundem claves

ipsarum Ecclesiarum Celere assignare
jubeas de Ausavia vel Aquileia

1297 21 Iulii Tarvisii.

Tolbertus Episcopus Tarvisinus ju-
dex delegatus per D. Petrum S. Mariæ
novæ Diaconum Cardinalem Apostoli-
cæ Sedis Legatum in causa vertente
inter D. Petrum de Piperno Præpositum
Ecclesiæ Civitatensis ex una parte, et Decanum
et Capitulum prædictæ Ecclesiæ Civitatensis, et
D. Raymundum Aquilejensis Ecclesiæ
Patriarcham ex alia, protulit Sen-
tentiam infrascripti tenoris et conti-
nentiæ, videlicet

I Medietas omnium decimarum Plebis
Vulranæ tam vinarum quam frumentarum:
duæ decimæ de loco Cavacii in Carnea
cum mansis et omnibus aliis juribus et
pertinentiis earundem. Molendinum Pus-
terulæ et duæ rotæ in Molendino
de rat. tres mansi in Puogosimo;
quinque mansi ad portam S. Petri de
Civitate mansus unus in Alerza et
alius in Lara et quinque mansi ad por-
tam Brossanam sint D. Petri de Piper-
no Præpositi ratione Præpositurae. et hæc
omnia dicto D. Præposito pars adversa
restituere et assignare debet, nec non

administrare etiam prebendam suam sicut administrantur ibidem prebende aliorum Civitatensium Canonicorum

II. Pertinent ad Decanum et Capitulum Civitatis ac eidem adjudicantur infrascripta, videlicet Villa Ricani, cum omnibus jurisdictionibus, juribus ac pertinentiis ad ipsam spectantibus mansi siti in Premariacho cum jurisdictione ipsius ville: decime portarum Bruxane, S. Petri, S. Silvestri et Pontis de Civitate, Maranus et braida S. Stephani de Gallano: quidquid habent in caness nadarum et in tota de plebe [illegible] Tulmini et Ecclesie S. Marie de Monte excepta parte sacriste dicte Ecclesie Civitatensis: famuli et famule, collationes que Capellarum sitarum in tota plebe nali dicte Civitatensis ecclesie tam intra quam extra Civitatem

III. Sunt 8 Patriarche quinquaginta mansi in villa Osalan et aliis positi in Glemona et Avtovan, et Turris que dicitur Prepositure sita in Civitate cum domibus ad eam pertinentibus. Insuper spectant ad 8 Patriarcham collationes Decanatus, Scholastrie et custodie Ecclesie Civitatensis: confirmationem et

informationem Canonicorum ipsius Eccle-
siae et vassallos et famulos diversae condi-
tionis et sexus qui ad prefatam Prae-
posituram spectare dicebantur

IV Ad D. Patriarcham communiter et ad
Decanum et capitulum Civitatis pertinent
Plebes Fulcaniz cum alia medietate deci-
marum ipsius tam vivorum quam mortuo-
rum; decem et octo mansi in villa
Tulmini et Capella ipsius plebis S. Viti
Tulmini Canavali et Plaz cum omnibus
juribus pertinentibus ad eandem

V Prepositus vero Ecclesiae memoratae
prestare et dare debet annis singulis
Decano et Capitulo Civitatensi

Sexcentos et sexaginta sex starios
et unum pisenale frumenti

Quadraginta sex starios et duos
pisenales milei

Quindecim starios et duos pisena-
les pisi

Viginti tres starios fabarum

Mille centum congios et duas si-
tulas vini.

Viginti quinque starios nucum.

Agnos ducentos novem

Centum octaginta unum oves.

Oves undecim Bastonum.

Quatuordecim pavos

Quadringentas viginti sex gallinas.

Decem anseres

Sexaginta sex pullos

Tria millia ovorum

Septuaginta duas zanclatas

Septem marchas, tres fortones et sex denarios Aquilejensis monete.

mille caseritas decem libras casei

Duas urnas olei

Totam lanam nadarum contrate Tulnow.

VI Pro prestatione seu datione supradictarum rerum prefatus D. Petrus Prepositus dedit Decano et Capitulo Civitatensi mansos sitos ad partem Frumanam, in terra et decima aut fructus et proventus eorum; et Decanus et Capitulum recipiant eas in compensationem et satisfactionem dictarum prestationum. Que assignatio, deputatio ac receptio durent et observentur donec idem D. Petrus fuerit Prepositus in Ecclesia memorata, nullatenus duratura ad tempus ulterius seu ad aliam personam

VII Ceteras autem possessiones et iura Preposito adjudicatas aut fructus et proventus earum nec non fructus suos

prebende Cividatensis, dicti Decanus
et Capitulum recipiant ab eo et con-
ducant ad firmam salventes dicto
Preposito annuatim nomine firme tre-
centos florenos auri.

VIII Denique pro bono pacis et eius con-
servatione nec non ut ipse Prepositus
et prefatus D. Cardinalis Apostolice sedis
legatus ubicumque fuerint propensius
et efficacius animentur in augmentum
honoris et status Ecclesie Cividatensis
predicti Decanus et Capitulum dabunt et
solvent dicto Preposito annis singulis
donec per D. Petrus fuerit Prepositus ali-
os trecentos florenos auri de redditibus
et proventibus Capituli memorati [illegible]
[illegible] sit

1297 4 Octobris Utini

D. Raymundus Patriarcha mandat Domine
Jacobine Abbatisse maioris monasterii Civida-
tensis ut non impediat seu molestet
et sollicitet quominus Decanus et Capitu-
lum Cividatense solvant Decimam consue-
tam etc.

1297 6 octobris

D. Raymundus Patriarcha investit
ad rectum et legale feudum D. Lan-
cellottum de S. Vidotto de quinque mansis

in Sancto Vldolo de una silua quatuor camporum intra dictam villam et Savis in loco dicto Farcinas de custodia marca[e]
[illegible] s Zenonis in dicta villa S. Vldolli et in villa S. Zenonis de tertio in tertium annum, et de busco in gualdo s. V[ldolli] atque gualdaria. Bellonus

1297 26 Octobris Utini

D. Ricardus de Petrapelosa jurat stare mandatis Ecclesiae ac ipsius D. Patriarchae super injuriis illatis et damnis datis per eum ipsi D. Patriarchae et Aquilejensi Ecclesiae ac eorum subjectis in servitio D. [dominorum] comitis Goritie seu D. Alberti patris olim tempore guerrae quae fuit ultima inter ipsum D. Patriarcham et dictos dominos comites in qua fuit conflictum inter eos seu eorum homines apud Belgradum. Et idem D. Patriarcha ipsum id humiliter postulantem tunc absolvit [quidem] ab excommunicatione quam incurrerat dicta de causa, sed non absolvit nec eum absolvere posse dixit ab excommunicatione quam incurrerat dirruendo aut faciendo dirui campanile Ecclesiae de Portulis, ipsam ad quatuor suam vertere. dicto quoque D. Ricardo se excusante, ac dicente quod dictum

campanile non illo sed prefatus D. Hen-
ricus comes Goritie, durabat sua dicta
fuerat; quod quidem dictus D. Henricus
ibidem confessus exstitit et contentus. Valen-
tinus A D C A

297 1° Decembris.

‡ Reverendus Pater D. Raymundus
Aquilegensis Patriarcha fecit militem D.
Henricum filium D. Alberti Comitis
Goritie cum quibusdam suis Theuto-
nicis, et alium D. Thomasinum de Cu-
cania, D. Henricum de Budrio, et Do.
Constantinum de Utino, in loco qui
dicitur Pradamanis, prope villam Pader-
ni supra Utinum. Chron. Jul.

1297 12 Decembris Utini

Coram D. Raymundo Patriarcha, in
castro Utini, in novo palatio in genera-
li colloquio venit nobilis vir D. Gerar-
dus de Camino Capitaneus civitatis
Tarvisii et recommendavit se dicto D.
Patriarche tanquam Domino suo, quem
D. Patriarcha gratiose recepit, et conques-
tus fuit de dicto D. Gerardo coram
nobilibus fidelibus et vassallis Ecclesie
Aquilegensis dicto colloquio astantibus
dicens quod dictus D. Gerardus, qui est
vassallus Ecclesie Aquilegensis, et nobilis,

et dicte Ecclesie juramento fidelitatis astrictus, fecit nobis et dicte Ecclesie Aquilejensi totique Patrie Forijulii magnam injuriam et gravamen veniens hostiliter de Civitate Tarvisii cum magna gente in Forumjulii ante castrum Saciani, et ibi stetit pluribus diebus destruendo et devastando contratam ac terram cum gente sua depredando, et fecit nobis ad pejorem magnam injuriam de Cavolano, quod tenet a nobis et ab Ecclesia Aquilejensi ad rectum et legale feudum, faciendo fortilitium citra flumen Liquentie versus Forumjulii absque nostra voluntate in prejudicium dicte Aquilejensis Ecclesie contra nostram voluntatem et inhibitionem postea tenet quam tenere non debet, cum dictum flumen Liquentie a loco in quo oritur usque in mare sit Ecclesie Aquilejensis, nec in ipso aliquod jus habet nisi Patriarcha et Ecclesia Aquilejensis. Et super hujusmodi dampnum et injuriam petebat dictus D. Patriarcha restitutionem integram et emendam dicens ipsum D. Gerardum de Cavolano et aliis feudis que tenet ab ecclesia Aquilejensi rationabiliter decidisse.

Qui D. Gerardus respondit, vera sunt que per dictum Dominum meum Patriarcham

tam, cujus sum vasallus, dicta sunt, et bene cognosco me tenere Cavolanum in rectum et legale feudum ab Ecclesia Aquilejensi, et de ipso fui investitus a D. Raymundo Patriarcha in sacilo et nullum jus habeo, nec mihi competit facere fortilitium citra Liquentiam versus Forumjulii, nec pontem debeo tenere super flumen Liquentiae, et quod factum est scio me fecisse contra debitum rationis, et quia cognosco ea esse praedicta vera esse, et me contra Dominum meum Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem graviter deliquisse renuntio omni juri quod mihi competere posset, et peto gratiam et misericordiam a praedicto D. Patriarcha et me submitto de praedictis gratiae ipsius D. Patriarchae, ut de me benefaciat et mecum misericorditer agat.

Dictus vero Patriarcha videns humilitatem dicti D. Gerardi et ad preces omnium nobilium et fidelium praedictorum, omnes offensas et injurias remisit et pepercit dicto D. Gerardo et ipsum recepit in suam gratiam et volens cum eo gratiose agere, eundem D. Gerardum humiliter recipientem jure feudi investivit de Cavolano praedicto, et quod fortilitium factum de novo

ab ista parte Liquentie versus Forumjulii, ac pontem super flumen Liquentie fieri per sit sine preiudicio Ecclesie Aquilejensis usque ad dicti D. Patriarche et Successorum suorum beneplacitum voluntatis.

Postea sic peracto dictus D. Leonardus tamquam vassallus dicti D. Patriarche prestitit iuramentum fidelitatis quod fidelis vassallus facere tenetur Domino suo et debet. Et nichilominus juravit numquam per se, vel per alios ipse, vel facere contra Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem, sed numquam fidelis vassallus eos adjuvare et fortilitium factum ab ista parte Liquentie versus Forumjulii, et pontem destruere quandocumque per dictum D. Patriarcham, et suos Successores fuerit requisitus. Oswaldus Pitti vol. [illegible] 403

1298 14 Januarii Glemone

Massarius Consilium et Commune Glemone pretio viginti septem marcharum denariorum Aquilejensium locant Petro Merula de Glemona Datium carnium ad unum annum. Marchiori vol. [illegible]

1298. 9 Januarii

D. Raymundus Patriarcha locat D. Bandino [illegible] de Florentia [illegible] in pertinentiis Aquileje, hoc pacto

et nobis [illegible] solvat annuatim [illegible]
8 [illegible] ducentas lenas grassas et
[illegible] [illegible] ex lapide [illegible]

1298

Venit D. Comes Albertus Goritie, pa-
ter Henrici et Alberti Comitum Rosacium,
ducens secum filium Federici Comitis de
Ortemburg Meinardum, ad inquirendum
et investigandum quare non starent
pauperes in hospitali quod edificave-
rant predecessores eorum

Meinardus Comes de Ortemburg, ne-
pos Alberti Comitis Goritie ex precepto
Federici Comitis patris sui, dixit Iohanni
Abbati et conventui Rosacensi: Pater me-
us misit me huc ad [illegible] Eccles-
iam S. Egidii et hospitale quod edifi-
cavit Archidiaconus Celeste, Aquilegensis
edificavit qui fuit de domo nostra de
Ortemburg Comes qui electus fuit in Pa-
triarcham Aquilegensem et non fuit con-
firmatus in Curiam Romanam sed Pel-
legrinus fuit factus Patriarcha, et ipse
postea fuit Monachus Rosacensis, et fe-
cit fieri Ecclesiam S. Egidii et hospitale
cum bonis Comitatus de Ortemburg, que
pertinent ad domum nostram; et man-
sos et possessiones et familiam que perti-

nebat ad Comitatum de Ortemburg, et plebem de Tudrio et plebem de Herigstain que pertinebat ad eum quem esset Archidiaconus Ecclesie Aquilegensis, et omnia ornamenta que emerat cum effectu fecit in Rabdarcham ferri quod Rabdorcha Pellegrinus contulit et dedit hospitali et Ecclesie S. Cyrilli ad sustentandos pauperes et leprosos.

Abbas et Conventus respondentes dixerunt: primo non habetur decima vel Curiam Romanam, sed modo datur

Comes Albertus et Comes Meynardus dixerunt: nos non dedimus patrimonium nostrum et bona nostra ad Curiam Romanam, sed dedimus bona nostra ad tenendum pauperes et leprosos.

Et postea cum ira magna surgentes dixerunt Abbati et Conventui Rosacensi: Ego et nepotes mei recipiamus omnia quecumque dederunt parentes nostri, et familia nostra Monasterio et hospitali, secundum quod Udalricus Archidiaconus et Comes de Ortemburg precepit. Postea recesserunt cum ira magna de Monasterio.

Videntes hec Johannes Abbas et Conventus, quod cum ira magna recessissent de Monasterio, multum timuerunt, et

mittentes pro Episcopo Concordiensi Iacobo omnia dixerunt quae Comites dixerant Abbati et Conventui. Cui Episcopus respondit: Domini et fratres, ego sum Episcopus, et scio jura, et saepius fui ad Curiam Romanam pro Ecclesia Aquilejensi et contra Comitem Albertum Goritiae, qui cepit Patriarcham Gregorium, et duxit Sevinam et fecit eum excommunicari a summo Pontifice, et iterum fecit eum absolvi a summo Pontifice quia petiit a me consilium super hoc. Ego consulo vobis super hoc quia quidquid habetis, totum habetis a Ducatu Karinthiae, et comitatu Goritiae et aliis Comitatibus, qui sunt in Karinthia, et a familia Comitatus praecipue. Ego consulo quod teneatis pauperes et leprosos in hospitali. Si non potestis multos tenere, teneatis paucos quod devotio Monasterii non perdatur, quod si non faciatis, ipsi recipient bona, et non erit qui adjuvet vos contra eos, quia nimis potentes sunt et monasterium destructum erit, et consulo vos quod faciatis quia monasterium in magna persecutione est, et si isti non faciant, alii facient

Johannes Abbas et Conventus Rosacensis videntes jam et indignationem Comi-

tum Sordule et de Ortemburg propin-
que et quod essent cognati ex utra-
que parte et etiam quod dixerat eis
Episcopus Concordie Jacobus, multum
timuerunt. et aliqui Monachi de
Conventu, et precipue antiqui dicebant,
Comites habent justitiam Ecclesie S.
Egidii, et hospitale habet plures man-
sos et magnas possessiones, et ma-
gnam familiam, et meliorem quam
Monasterium, quare nos non debemus
tenere pauperes et leprosos cum bo-
nis nostris. melius est dare paupe-
ribus et leprosis, quam in nostra
remaneant de bonis nostris. Quod si
nos non fecerimus, ipsi recipient bo-
na sua et nullus erit qui adjuvet
Monasterium contra eos, scientes quod
Comites habent justitiam super hoc. Hec
dicebant antiqui monachi videntes pe-
riculum magnum esse Monasterio, si
non tenerent pauperes et leprosos
ibi, quia ipsi dederant bona sua
et fecerant hospitale illud.

Dicebant antiqui monachi, quod mul-
te matrone stabant in hospitali illo
et nobiles Yaremlle, que dederant
magnas possessiones Hospitali ad tenen-
dum pauperes et leprosos, et multa da-

bant ibi bona sua propter pauperes et leprosos. [illegible] Not. [illegible]

Chronicon

1298 18 Martii [illegible]

Redictus Castaldio, Consilium et Commune [illegible] donant Ordini [illegible] Fratrum [illegible] quoddam terrenum situm in [illegible] prope pontem [illegible], ita tamen quod Fratres dicti Ordinis [illegible] terrenum predictum, et quondam [illegible] ibidem manere. [illegible] Not. [illegible]

1298 20 Aprilis

Conradus dictus Marra filius q[m] [illegible] de la Turre de Mediolano [illegible] in suo testamento heredes [illegible] Paganum, Adoardum [illegible], [illegible] [illegible] Muchinum et [illegible] suos filios ita quod [illegible] V[a] Leonora ejus filia succedat in quinque millibus Librarum Tertiolorum Residuum vero [illegible] Te[illegible] ad montem Carevallis ubi sunt defunctorum ejus ossa prope Mediolanum [illegible] ubi sunt corpora ejus patris et [illegible] ejus fratris ac [illegible] filii sui ac D. Allegrantie ejus uxoris et habeant possessiones in castro de [illegible] et

Bergnano, et dentur libra, centum impe-
rialium D. Artuico de Castello. Ex Valler. Fullonar.

1298 4 maii in civitate Austrie

D. Raymundus Patriarcha mandat Salvi-
no de la Turre nepoti suo et Capitaneo
Glemone quatenus permittat communitate de
Civitate colligere et habere mutam Glemo-
ne, cui idem D. Patriarcha eam vendide-
rat ad unum annum pro sexaginta
marcis Aquilejensis monete. Bartholo-
meus not. A c c c

1298 25 maii

✝ In die Pentecostes et in aliis sequen-
tibus duobus diebus facta fuit repre-
sentatio ludi Christi videlicet passio-
nis, resurrectionis, ascensionis, adventus
Spiritus Sancti et adventus Christi ad
judicium in curia D. Patriarche Au-
strie civitatis, honorifice et laudabili-
ter per clerum civitatensem. Chron. Jul.

1298 3 junii Tarvisi

Cum Ecclesia S. Nicolai de Sacile late-
ret per D. Raymundum Patriarcham conse-
crari, D. Tholbertus Episcopus Tarvisinus
omnibus vere penitentibus et confessis
qui die consecrationis ad ipsam Ecclesiam
diverterint gressus suos, ac ipsam devo-
te ac reverenter quotannis visitaverint

quadragiuta dies de iniuncta sibi peniten-
tia valeant &c.

1298 12 iunii

D. Raymundus Patriarcha confitetur
quod castrum Variane sit Ramuerum
de Villalta sed pro custodia per eum
facta petit septuagiuta sex marchas
et quinquagiuta denarios, aliter face-
ret illud destrui, prout fecit Cu val
tero Ballonas

1298 15 iunii.

D.na Flordeli uxor D. Folcheri e Tri
cesimo vendit D. Raymundo Patriarchae ca-
strum Tricesimi cum monte. item ba-
iuvium de S. Petro qui est quisque cam-
porum terr. Variane et bajarcium de
cavanda cum sedimine, incasato et
silva adherente qui sunt circa suade-
cim campi. item duos campos in terra
et duos super fontem convalati. item
unum campum sub motate castri ubi
D. Patriarcha vult facere forum item
mandatarum silve, et tria prata in Var-
diana ex valle Belonne

1298 18 iunii Utini

Petrus Sortalabo Utini ivit Slavonum
ad consilium D. Patriarchae, et iterum ivit
die vigesima secunda dicti mensis. Acta
camer. etc

1298 1° iulii Utini

Bernardus q. Portolili de castro Utini mecum fuit Tarvisium ad excusandum q. Petrum Gastaldionum q. Gerardo de Camino cum falso esset eidem accusatus de morte Franzutti de Salto eo quod fecisset ipsum decapitari indebite et contra iustitiam in absolutum q. Simonis et fratrum de Cucanea; et ambo huius sui fuit Advocatum ad q. Simonem et fratres eius pro predicta excusatione ex schedis Cam. o

1298 10 iulii

Compromissum inter q. Raymundum Patriarcham et Dominos Constantinum et Carnimanum de Savorgnano; et quod arbitri concorditer tenentur q. Patriarcham de Castro Buye et de Bonte, iuribus et iurisdictionibus quae habet in Buya et eius pertinentiis simul cum iure Aquae Ledrae. Ex Notario Bellonus.

1298 7 Augusti Glemonae

Rugerinus Langus vicarius q. Guglielmi de la Turre Capitanei Glemonae, ex parte q. Raymundi Patriarchae mandat omnibus Turcis commorantibus Glemonae, ut hinc ad Dominicam proximam exire debeant Terram Forijulii, alioquin

ipsi capi debevant [illegible] de Ste-
vantia ac Losius ejus filius, [illegible],
Janus et Tagia pro se et aliis Tas-
cis ibidem in Clamona commorantibus
eidem S. Rugerino exhibuerunt et
preposuerunt quod parati erant adim-
plere in omnibus mandatum S Pa-
triarche et cum dies sibi assigna-
tus subitissimus esset, rogabant
cum instantia ut diem convenien-
tem sibi assignare deberet quo predic-
ta adimplere possent. Et interim Do-
mnus S Rugerinus preconizari facere
deberet super lapidem quod homines
habentes pignora eorum ipsis obligata
hinc ad prefixum diem expignorare
deberent, et donec expignorata non
forent aut vendita predictum man-
datum de jure adimplere non possent.
Et hoc dato, parati erant adimplere
dictum mandatum.

Eadem die preconizatum fuit
per Nicolaum Clauctinum Preconem su-
per lapidem Sentarii quod quilibet per-
sona habens aliquid facere cum Tascis
Clamone, omnibus nomine et hoc protesta-
tis quod hinc ad diem Dominicum pro-
ximum cum ipsis concordari deberet

volentes mandatum D. Patriarche obedire ne aliquem damnum in debitores revo- catur Bartholomeus not. Arcie

1298 2 Augusti in S. Vito

Coram D. Raymundo Patriarcha in judicio se- dente conquestus est Hermanus Abbas Sexten- sis de D. Walterando de la Turre Castaldio- ne S. Viti quia contra justitiam gravabat eum in villis dicti sui Monasterii su- biectis et pertinentibus et in quibus ipse Abbas habet jurisdictionem et dominium dum Castaldio S. Viti non habet facere in eis de jure neque de gratia. Tunc D. Patriarcha auditis partibus, et habito consilio sapientum precepit dicto D. Walterando quod deinceps ni- hil habeat facere in illis villis ultra volun- tatem dicti D. Abbatis. et dictus D. Waltera- dus dixit: ego sum in his contratis de mandato vestro tamquam de patre et Do- mino. Bonaldus Pitto not. c 7 c

1296 6 Septembris

†. Veneti fuerunt devicti in puglia super mare per Ianuenses: in qua quidem puglia fuerunt interfecti ex utraque parte quam- plurimi, scilicet ex Venetis satis plures, et finaliter Veneti succubuerunt in puglia, et capti fuerunt ex ipsis Venetis quam- plures per Ianuenses prigionati. Chron. Jul. ,

1298

Ex libris Camerariorum Communis Utini de mense Septembris hec sine certo ordine, ut invenimus, adnotamus

D. Girardus de Camino discessit de Civitate occasione brighe quam D. Henricus de Prampergo habuit cum Paulo de Plemona

Salarium centum librarum solutum [illegible] magistro Grammatice

Petrus Gastaldio [illegible] fuit [illegible] ad D. [illegible] hoc tempore cum videbatur [illegible] discordia inter D. Patriarcham et D. Comitem Goritie occasione castri de Cordaco et per quatuor dies expectavit [illegible] ibidem

Duo sclavi fuerunt duobus diebus cum preconibus ad custodiendum semitas Terre pro [illegible] [illegible]

D. [illegible] Gastaldio cum potestate civi[illegible] [illegible] ivit Romanum occasione jure quod fiebat tractabatur inter Communitates pro bono statu ipsarum et totius Terre Forijulii, ~~[illegible]~~.

[illegible] scripsit omnes homines de [illegible] occasione universitatis [illegible]

Ambaxatores missi fuerunt Civitatem occasione jure Dominorum de Forojulio ad D. [illegible] dandi Puzzolum [illegible]

D.ⁱ Rectoris et Consiliarii urbis de Forojulii

D. Paulus Sartabelia civis Utini ivit Tervisium cum Ambassatoribus communitatis de Forojulii ad D.ⁿ Ricardum de Camino super facto urbis ... Communitatis de Forojulii

Quidam fuerunt cum D. Ioha Sartabelia cive Utini, Peralomans ad consulendum cum Communitatibus Forojulii super facto ... predictorum Dominorum de Forojulii

D. Henricus Sartabelia Civitatensis venit Utinum cum aliquibus Consiliariis de Civitate in Consilium nostrum de Utino predicta occasione.

Ca ... quod Marcolinus Bechamus captus fuit per illum de Walsperch D. Henricus ... missus fuit Castellum ad D. Abbatem et ad Dominos Cancellarios ... qui tunc erant ibidem

Iacobus Amcia missus fuit ad D. Federicum de Varmo et ad D. Nicolaum ... Andree Ambassiatores Dominorum ... ad Capitaneum de Belgrado pro ... ipsis Ambassatoribus quod ... Marcolinus erat ... et inde nova ... habebamus

Carolus de villa Utini missus fuit cum litteris D. Patriarche et cum litteris communis Utini ad D.ᵐ Comitissam Goritie ...

catione predicti Marcutii et eum libe-
rant D. Comitissa reportavit

Antonius de Castello et alii nobi-
les viri de Foroiulio ivenunt alvum
D. Comitis antiquo ut rogarent eum pro
relaxatione Marcutii predicti

D. Petrus Gastaldo cum aliquibus
aliis ivit Tricesimum obviam D. Comiti
ut rogaret eum pro relaxatione Mar-
cutii predicti

Missi fuerunt Ambasiatores sa-
lutum D. Camdan juncosen ad D.
[illegible] de Castro et ad [illegible] no-
biles Dominos de Foroiulio in serva-
tio predicti Marcutii ab D. [illegible]
de [illegible] dicit eum in captivitate

[illegible] de illa intrare fecit navi-
tam [illegible] donatus consulti in libris
[illegible] libri pro quinque [illegible]
[illegible] nostris qui capti erant et depre-
dati semper stratam [illegible] Aquile-
iam per [illegible] de Rayfembach.

D. [illegible] notarius de Civitate
[illegible] ad deliberandum utrum
[illegible] debent [illegible] ad Dominos
[illegible] an non propter [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] D.

Otacio pro domo in qua magister Pascius vattuabat scolaves e pro domo in qua ipse habitabat cum sua famiļ lia et insuper dabat fenum quod penabatur in stabulo dicti magi= stri Pacii.

Factum fuit hermitorium apud Hac ultore eburi nec non fossatum longe sepe [illegible] et [illegible] pali et barrazata

1298 24 septembris [illegible]

[illegible] requisitionem [illegible] Arnaldi de Antenoa [illegible] Pacmonaus [illegible] investit eum de casis quas dictus Arnoldus habuerat in feudum vestrum et [illegible] in [illegible] Attone de [illegible] na. Barthoamus [illegible]

1299 22 januarii.

[illegible] captum fuit castrum [illegible] per gentes D. Comitis Sabaudie in aurora diei [illegible]

1299 22 januarii

[illegible] fuerunt littere commendati- tium [illegible] eo sero quo accep- tum fuit Tabrettinum per illum de Rayfimbervl. [illegible]

[illegible] Petrus [illegible] et [illegible] satores ~~ad~~ iverunt colloquium [illegible]

civitam Gorithie et Dominorum Jure de
Forojulii apud S. Marcum, qui est apud
Trivignanum

Ambassatores missi sunt Cadverpum
ad Coloquium Dominorum comitum Go-
ritie et D. Girardi de Camino et Domi-
norum Jure de Forojulii

D. Bonanatus missus fuit ad Ci-
vitam et Laurenzajam in servitium
[illegible] mercatoris de Comis pro eo
quod pues suus depredatus erat in
partibus illis de maxima pecunie quan-
titate

Michael Alberti missus fuit Rapoi-
am et Orsiniam in servitio Monzo-
ni et illorum qui fuerant cum eo
qui vulnerati depredati et captivati
fuerant super stratam

Commune Utini in quatuor diebus
quibus D Girardus de Camino stetit
Utini tenuit eidem quatuor perchas,
quatuor monzas, octo congios Rabio-
le, octo staria panis et decem et
novem currus feni. et dedit Am-
bassatoribus Padue centum casias
